



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn


**In Epistolam Ad Hebraeos, Ioannis Oecolampadij,  
explanationes, ut ex ore pr[a]elegantis except[a]e, per  
quosdam ex auditoribus digest[a]e sunt**

**Ökolampadius, Johannes**

**Argentorati, 1534**

**VD16 B 5199**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36048**



Th. 9~~1~~

valida  
diocesan  
Th.  
1781

Th. 91


# IN EPISTO

LAM AD HEBRAEOS, IO/  
annis Oecolampadij, explana  
tiones, ut ex ore prelegendis  
exceptę, per quosdam  
ex auditoribus di  
gestę sunt.

*Coll. Sca. Juss. Paderb. 1667.*



ARGENTORATI APVD  
Mathiam Apiarium. Mense  
Augusto, Anno  
M D XXXIIII.



MATHIAS APIARIUS  
PIO LECTORI. S.

**H**Abes hoc libello pie lector IOANNIS OECOLAMPADII, inter Theologos, huiusmodi etatis dum uiueret facile principis, sanctissimas cogitationes, quas eruditi duo, Ioannes Gastius & Conradus Pulbarba, ab ore praelegentis exceptas, per uirili concinnarunt. Erat autem haec illi praefecti ratio. Quotidie sub hora tertiam pomeridianam praesenti auditorio, quod habuit frequentissimum ex libro aliquo, ut uocant, biblico, quem tractabat, locum ut quoque die occurrit enarrauit latine, mox eundem plebeae concioni germanice repetiuit quem qui de concio ad finem praefectionis confluere solebat. Non pauci ex auditoribus operam nauabant, ut nihil, aut praefectionis, aut repetitionis non annotarent. Hi duo autem assiduitate ac felicitate ceteros facile superarunt. Nam ad eam rem, ingenio, literis & usu opus est. Alter pro se farraginem suam tum latine tum germanice, notatorum, accurate consarcinauit, nihil de suo admiscens, quod spiritum sanctissimi illius pectoris illibationem, orbi exprimeret. Alter eadem religione opus huc missum, cum his quae utraque lingua ipse exceperat, contulit, ad ordinem epistolae enarrandae propius adaptauit, quae deerant, ex commentario suo suppleuit, obscuris expunctis luculentiora substituit, multa cum libertate ac pari fide. Aliqua tamen pius uir ipse dictauit, sicut legendo inuenies. Ad illam operam

A 2

P R A E F A T I O

p̄standā p̄ceptoris amore, ac publicę utilitatis re  
 spectu nō dubie descendit, nihil reuerit⁹, ne soda  
 lē suū offenderet, quē nouit, tanti uiri memorię  
 studiosissimū, simulq; habentē nihil antiquius ec  
 clesiarū Christi cōmodis. Adeo confidens res est  
 amicitia, quę inter illos arctissima, nō solū litera  
 rū, sed etiam studiorū, maxime pietatis similitu  
 dine contracta, & in annos aliquot continuata  
 est. Cernes igitur hoc libello, ceu fideli tabella,  
 Oecolampadij spiritum longe puriorē, quā ul  
 lo alio libro, post eius decessū edito: quia in alijs  
 inuulgandis, una & simplex, in hoc autem du  
 plex diligentia ac fides incubuit. Nam Hieremi  
 as & Ezechiel, secundū nacti sunt artificem, qui  
 pro iure suo, ceu proprium opus scripturus,  
 aut ex integro plerāq; finxit, aut inchoata suo  
 penicillo, quod aiūt, ad plenū formauit. Qua in  
 re, publico similē & egregie quidē consultū est.  
 Nā ferē nihil pręteritū est, quod uel ueterū uel re  
 centiorū Hebreorū scriptis, summa licet p̄pera  
 tione p̄currēdo, in man⁹ inciderit. De latinis ex  
 cutiēdis nullū uidebat̄ opere p̄ciū, quos quisq;  
 dū uolet, extant em̄, sua trutina facile expendet.  
 At hęc nostra, p̄ter genuinū ductū auctoris, bre  
 uitate ac luce gratiora esse fortassis possunt. Nā,  
 locos cōmunes & quęcūq; extra rē suę ecclesię  
 p̄prie dixit, resecta sunt. Vale in domino & ope  
 rā bonorū uirorū boni cōsule, nosq; Deo p̄ci  
 b⁹ commenda. Argentorati Mense septembri

ANNO M D XXXIII

INDEX COPIOSVS IN EPI  
 stolā ad Hebręos, in qua. a. priorē char  
 tē faciē, b. uero secundā denotar,

A

Abel mortuus loquitur.	124.b
Abrahę fides & longanimitas.	63.b
Absolutos reddit vnus Deus.	78.a
Ad quem, pro, de quo.	47.b
Alexander apud Iosephum.	69.a
Allegoria non temere ponenda.	69.a
Altare unicum Christus:	170.a
Amaritudo animi p̄scindenda.	155.b
Amen.	179.a
Amram parens Mose.	136.a
Anima quid.	47.a
Angelus, nomen ministerij.	17.b
Angelus pro homine nō potuit satisfacere.	33.a
quare Angelis ministris Deus utatur.	22.a
Anchora animę, consolatio.	66.a
Apparere in conspectu Dei.	102.a
Artes liberales non contemnendę.	169.a
Auaritia fugienda.	166.a
Auditus uerbi duplex.	40.a

B

Baptismus uarie dictus à ueteribus.	60.a
Baptismus quid significet.	60.b
Baptizandorum ritus olim.	58.b
Baptismus duplex.	111.a
Bona opera.	112.a



I N D E X

Candelabrum quid.	93.a
Caro infirmitatem significat.	76.a
Ceremonie lac dicuntur.	57.a
Character quid.	11 b.104.a
Cherubim quare dicti.	18.a
Christus naturalis filius Dei.	6.b
Christus hæres omnium.	7.b
Christus iudex, & ideo Deus.	17.a
Christus Salomon dictus.	16.a
Christus David dictus.	14.a
Christus Apostolus dictus.	37.a
Christus Dominus Angelorum.	13.a
Christus unicus mediator.	85.b.99.a
Christus minor Angelis, quomodo.	28.a
Christus, scopus scripturarum.	107.a
Christus $\alpha$ & $\omega$ .	19.b
Christus cum gaudio pertulit crucem, & tristis fuit usq; ad mortem, quomodo.	150.a
Christum pati oportuit.	29.b
Christus dux fidei.	14.9
Christus frater noster.	30.b.31.b.32.b
Christus infirmitates nostras pertulit.	35.b
Christus pontifex noster.	16.A.37.a
Christus Mose præstantior.	37.b
Christus è cœlis loquitur.	160.b
Christus non opus habet uicario.	79.
Christus morte sua diabolū aboleuit.	32.b.33.a
Christi dignitas p̄ fratribus suis.	31.a
Christus homo absq; peccato.	30.a.16.a

## I N D E X

Christus semel tm̄ obtulit.	82.a
Christus præcursor noster	66.b
Christus a tribu Iuda exortus	75.a.b
Christus sanctificator noster est	29.b
Christus sacerdos & pontifex	48.a
Christus confertur Iesu Naue & Iesu filio Ichozadac	48.a.b
Christus thronus gratiæ	49.a
Christus a peccatoribus non abhorret	99.a
Christi sanguis emundat	96.a
cur Christus non sit ex Leui exortus	75.b
quomodo Christus nobis ministrat	83.b
Christianus quid	37.b
Christiani, qualia & quanta ppeffi	118.a
Clamor, p ardentibus affectibus	54.b
Coeli quid significant	83.a
Coeli pro sanctis	81.a
Coetus fidelium frequentandus	112.b
Compatiendum cum afflictis	118.b.137.b
Compositum, idem mortale	30.a
Communio nostra cum Christo	32.b.42.b
Concussio, quid	162.a
Concipere & parere quid	25.a
Coniugium honorabile	165.a
Conscribi in caelis	159.b
Consummatio sæculorum	103.a
Conuersario piorum in caelis	66.a
Cor carneum	100.a
Correctio fraterna ferenda	112.a

I N D E X

Cruce ad gloriam itur	150.b
Cultus tabernaculi	91.a
D	
Dauidica stirps extincta.	16.b
Decimæ in lege triplices.	71.b
de Decimis præceptum.	72.a
Decimarū origo hodie incertus.	72.b
Delectus pauperum nō habendus.	164.a
Deus idem omnibus sæculis.	168.a
Deus quos diligit corripit.	152.b.153.a
Deus tentat, sed uarie.	133.a
Deus inuocandus.	54.a
Deus iuuat, sed suo tempore.	50.a
Deus affectus hominis sumit.	41.2.64.b.78.a
Deus pacis, quare dicatur.	177.a
Deus ignis consumens dicitur.	162.b
Deo uero corde accedendum est.	111.a
Deo omnia parent.	47.b
apud Deum nulla uoluntatis uicissitudo.	9.b
Dies appropinquans quis.	112.b
Dies nouissimi qui.	6.286.b
Dies carnis	54.a
Distributiones spiritus sancti	24.b
Doctrinæ non sanæ reijciendæ	168.b
Doctrina sana ppter ministrū nō reijciēda	115.a
Domus Israël & Iuda, ecclesia dicitur.	86.a
Domus Dei nos sumus	39.b
Dominus auxiliator	167.a
Donaria & uictimæ quæ	51.b

I N D E X

Donec, quomodo intelligendum 22.a  
 Duobus uerbis ppositis, utri standum 133.b  
 Dux fidei, pro fidelium 150.a

E

Ecce, qualis uox 31.b.107.a  
 Ecclesia, ciuitas Dei, & Hierusalem cœlestis dicitur. 95.b.159.a  
 Ecclesiæ exemplar in monte uisum 85.a  
 Electi sumus ante cōstitutionē mundi 84.a  
 Electorum uaria nomina 83.b  
 Elementa quæ 96.b.58.b  
 Elohim uarie expositum 16.b.27.a  
 Enoch nō recte dicitur ad huc uiuere. 125.a  
 Exemplum pœnam peccati auget 46.a  
 Excusatio apud Deum nulla 160.b  
 Ex uno omnes, q̄modo intelligendum 30.A  
 Externi nihil iustificat 94.b.97.b

F

Facultates etiã relinquēdæ ppter Christū. 119.a  
 fidei definitio 122.a  
 fides sit efficax 112.a  
 Fides eadem & nostra & patrum 138.b  
 Fugere aliquando licet 139.a  
 filius hominis Christus dicitur 35.a  
 filius Dei crucifixus, recte dicitur 60.b  
 filium Dei conculcare 115.a  
 Fœdus nouum percussum 86.a.87.a  
 Fœdus q̄modo nouum dicatur 88.b  
 Fœderum sancientorum ritus 87.a

A s

I N D E X

in Foedere nouo sunt omnes electi	88.b
frater proprie, & cur	32.b.163.a
Frates Christi qui, & cur	27.a.31.a.22.b
fructus passionis Christi	104.a.99 a.96.b.98.b
fructus incredulitatis	41.b

G

Gloria Christi & Mose conferuntur	38.b
Gloria & honor Christi	28.a
Gratia pro suauitate morum	155.a.162.b
Gratia stabilitur cor	169.b

H

Hebrei unde dicti	3.b
Hodie genui te, quid	10.a.15.a
Hodie, quamdiu nobis sit	42.a
Horrendum in manus Dei incidere	116.b
Hospitalitas sectanda	163.b
Hypostasis quid	11.b

I

Ignis symbolum iudicij	114.a
Illuminati, baptizati dicti olim	117.b
Imitatio sanctorum	167.b
Innocens <i>ὁ κακός</i>	80.a
Isaaci figura exponitur	134.a
Infirmitates que sint	49.a
Iudæorum error de cæremonijs	89.b
Iudicium Dei à domo sua	116.b
Iudicium impij expauescunt	114.a
Iugum, seruitutem significat	98.a
de iure iurando	64.b
Iustificatones	91.a

I N D E X

Iustus fide uiuet 120.b

L

Lac, solidus cibus, quid 57.a.b  
 Lachrymę Christi 54.b  
 Lex umbram habet 104.b  
 Lex quid & cur data 77.a  
 Lex & Euangelium conferuntur 23.b  
 Lex, pro cæremonialibus 105.a  
 Legis abrogatio 74.a.76.b  
 Legem in mentem dare quid 88.a  
 Loqui Dei quid sit 5.b  
 Locutionum uaria genera 6.a  
 Locus ab autoritate negatiuus aliquando ualet  
 69.b

M

Matrimonia inhibere diabolicum 165.b  
 Melchisedec quid significet 67.b  
 Melchisedec figura Christi 68.a  
 Mensa tabernaculi 93.a  
 Ministri uerbi qui inepti censendi 142.b  
 contra Missę propugnatores. 51.a. 53.b. 55.a. 82.a  
 102.a.b. 103.a. 108.a. 109.b:  
 Miracula uera quę 24.b  
 Misericordia non omnis probabilis 115.a  
 Misericordiam quomodo consequantur 50.a  
 Miserię, quibus obnoxij pñ sunt 147.a  
 Momentanea mala huius sæculi 120.a  
 Montes tangi quid 157.b  
 Mors non nimium timenda 37.a

I N D E X I

Mors fuit horribilis ante Christum	34.b.
Moses minister domus Dei	39.a
Moses cur fugerit ex Aegypto	139.a
Mosen suæ gentis non pudivit	137.b
Mundus cōstat ex malis & bonis	114.a
Mundissimū populū deus uoluit	96.a
N	
Noah, unde deductum sit	127.a
Nubes pro densitate	148.b
O	
Obedientes qui	55.a
Olam hebræum quid	90.a
Onus, pro peccato	149.a
Opera legis absq; fide abominabilia	76.b
Opera mortuaria quæ	98.b
in Opera non confidendum	117.b
Operari iustitiam	143.b
Orandum pro uerbi ministris	176.a
Orbis futurus quis	25.b
Origenistæ refelluntur	35.a.90.b
Qs gladij, pro acie gladij	47.a
P	
Panis, heb. læhem.	21.a.68.b
Parendum ihs qui præfunt	174.b
Pastor magnus Christus	177.b
Patriarchę potiora terrenis expectarūt.	131.a.132.a
Patris nomine ueniunt aliquādo maiores.	73.a
Pax fidei fructus	155.a
Peccatum seductionis quid	149.a

I N D E X

Peccatum pro apostasia captum	152.a
Peccatum tenaciter inhæret	14.a
Peccatum deponendum	149.a
Peccata duo excusant	113.b
Peccatum quomodo sublatum	104.a
Peccatum non ita intendendum, ut nihil diuini in fratribus agnoscamus.	62.a
Peccatores sumus omnes.	52.a.68.b.81.a
Peccatoribus resipiscentibus uenia patet	141.b
Peccatores quatenus vitandi	80.b
Perfecti, qui dicantur	58.a.104.b
peregrinæ & uariæ doctrinæ quæ	169.a
Peregrinantur pñ in hac terra	129.a.b
Peripateticorū sententia de mūdo reijcit	20.a
Perseuerantia opus esse	39.b
Pius, ὁσῖος quis	79.b
Pœnitentia lapsis non negatur.	59.b.113.a.156.b
Populus deserti decies rebellauit	40.b
Populus fidei, & incredulitatis	121.a
Porta & castra, pro mundo	171.a
Promissiones tantū fidelium sunt	63.a
Promissio, pro perfecta felicitate	148.a
Probrum Christi quid	138.a
Prophanus quis	156.a
Propter & per quē de filio dici	28.b
Puer proprie	32.a
Pueri sunt in potestate parentum	73.a
Pueri fidem habeant, nec ne contra Purgatoriū assertores	126.a 103.b



I N D E X

R

Raab an scortum fuerit	141.b
Remissio peccatorū primū in foedere	89.a
Remissis peccatis cessat sacrificium	109.a
Remuneratio in alia uita expectanda.	138.b. 138.a

S

contra Sabbatum Iudaicū	140.b
Sabbatum seu requies triplex	45.a
Sacerdotij duo genera	67.b
Sacerdotes omnes fideles dicuntur	75.a. 172.b. 174.a.
Sacerdotium Christi tractatur	52.a
Sacerdotium non inuadendum	52.b
Sacramenta nostra pręstant ueteribus	105
Sacrificandum nobis omnibus	171.a
Sacrificium uoluntarium Deo gratum	107.b
Sacrificiorum tria genera	172.a
Sacrificia ueterū neminē perfecerunt	105.a.
Sacrificia ueterum Christum designarunt	98.a
Sacrificium Christi quale	95.a
Sanctum sanctorum	110.a
in sancta ingredi quid	110.a
Sanctum mundanum	91.a
Sancti ex sua dignitate non exaudiuntur	54.b
Sanctimonia quid sit	155.b
Sanguis, pro uita	151.b
Quare sanguine Christi Deus nos liberare uoluit.	9.b. 36.a
Salus pro Euangelio accepta	24.a

## I N D E X

Sancti etiam uiui dicuntur	180.a
Scortator quis	156.a
Scortatio non extenuanda	199.a
Scriptura similitudines etiam ab illicitis aliquo- ries mutuatur	51.b
ꝑter Scripturã nihil temere asserendum	60.b
Scriptura quomodo citanda	26.a
Scriptura quomodo sit tractanda	123.b
Sæcula creare quid	122.b
Sæcula seculorum	179.a
Seculum sæculi	18.b
Sedere ad dexteram quid	12.b.22.a
Septenarius numerus	45.a
Septies laudem dicere	172.b
Seraphim quare dicti	17.b
Sermo Dei, pro sententia Dei	47.a
Si, iurandi particula	41.a
Spes, pro re sperata	64.b
Spiritus quid	47.b.76.a
Spiritus æternus	98.a
Spirit <sup>9</sup> sanct <sup>9</sup> certificat cor, nõ opera. 94.b.108b	
Stare, ministrorum est	83.b
<b>T</b>	
Tabernaculum quid	92.b
Tempus correctionis	95.a
Terra ex se non fructificat	61.b
Testamentum pro fœdere	99.a.b
Thronus maiestatis	83.a
Totum te Deo debes	71.b

I N D E X

V

contra Valentianos	35.a
Velum tabernaculi.	93.a
Velamentum, caro Christi	110.b
Verbum potentiae quid	12.a
Verbum Dei diligenter audiendum	32.b
Via sanctorum quae	94.a
Via accedendi ad Deum	110.b
Victimae, & donaria, quae	51.b
Vinctorum & aegrotorum memoria	164.b
Virga pro sceptro	18.b
Virga uirtutis	21.b
Visiones Prophetarum uariae	6.a
Vita absoluta quae	81.b
Vita aulica peccatum dicitur	138.a
Vltio Dei est	116.a
Vmbra futurorum in Mose	39.a
Vngere Dei quid	19.a
Vngere nostrum quid	19.a
Vocationi diuinæ parendum	128.b
Voluntas Dei quae sit	178.a

F I N I S.

IOANNIS OECOLAMPADII DE IN  
SCRIPTIONE ET AVTORI  
TATE EPISTOLAE AD  
Hebræos Præfatio.

**I**nscriptioni huic contradixere nonnulli, tum  
prisci, tum recētiore, negantes Paulum hu  
ius Epistolæ autorem, mansit tamen, & ma  
nebit salua eius, utpote Paulino spiritu digna,  
autoritas. Apud Latinos tardius quàm apud  
Græcos recepta hæc existimatur. Nos eam, ut  
Pauli propriã agnoscimus. Tametsi propterea  
cum nemine digladiari uelimus, per quemcūq;  
tandem græcitate donata sit, siue is Lucas, si  
ue Barnabas, siue Clemens sit. Ex confessio quã  
dē est, quod principio Hebraice scripta sit. Nō  
aūt idcirco licebit nobis negare eam esse Pauli,  
q̄ ab alio græce scripta. Nā alioqui & Matthæi  
Euangelium, negabimus esse Matthæi, qui ci  
tra controuersiam Hæbraice scripsit, ignora  
turq; quis nam fuerit eius interpres.

Quare autem Latini quidam ab hac abhor  
ruerint, argumenta magis friuola uidentur, q̄  
quæ tam eximios uiros morari debuerint, Opi  
nio sanè illorum inde sumpsit originem, quod  
Romę Gaius quidã, uir disertissimus Cataphry  
gam arguens, nouas quasdã scripturas obtru  
B

Quis E  
pistolæ hu  
ius autor.

Latini ab  
hac abhor  
ruerunt.

Gaius.

B

PRAEFATIO.

dentē, inter cetera, trēdecim Pauli Apostoli Epistolae esse asseruit, eam quae ad Hebræos scripta est non commemorando. Inde Eusebius lib. 6. cap. 16. inquit. Apud Latinos illa nō putatur esse Pauli Apostoli, cum reliqui, canonicos libros noui instrumenti enumerantes, quatuordecim Pauli Epistolas supputēt, & in illis etiā hāc. Fieri autē potest, quod Gaius non negarit simpliciter eam esse Pauli, sed quia per interpretem ad Græcos uenit, alteri<sup>9</sup> cuiuspiā esse cēsuerit. Etenim si de hac re quis consulat Latinos antiquissimos inueniet Clementem antiquiorem Gaio, et Ireneum meminisse epistolę huius, qui quidem apud Latinos floruerunt, & scripserunt, licet Græce. Quis enim antiquior ex scriptoribus Clemente, qui tertius post Petrum Romę Pontifex? Et is in epistola ad Corinthios meminit epistolę Pauli ad Hebræos, & utitur eius testimonijs. De quo, uide Eusebiū lib. 3. ca. 38. Qui subdit, quod Apostolus, tanq̄ Hebręis mittēdam, patrio eā sermone conscripserit, & (ut quidam tradunt) Lucam Euangelistam, alij autē hunc ipsum Clementem interpretatum esse, quod magis placet Eusebio, quia & stylus ipse epistolę Clementis, cum hac cōcordat, & sensus utriusq̄ scripturę plurimam similitudinem ferunt.

Clemens  
tertius post  
Petrum

Clemens A  
lexandri  
nus

Alius item Clemens Alexandrinus ita differit de hac epistola, quod manifeste sit Pauli Apostoli, scripta autem Hebręo sermone, tanq̄ Hebręis

PRÆFATIO.

2

bræis, à Luca uero, qui erat Pauli discipulus, interpretata in Græcum: Vnde & stylus eius assimilis uidetur libello illi, quem Lucas de Actis Apostolorū scripsit. Vide Eusebiū lib. 6. cap. 11.

Iam tenues quasdam coniecturas diluamus, quæ mouerūt nōnullos, ut negarēt eam esse Pauli. Sunt enim qui offenduntur quod non premitur solita salutatio: Paulus apostolus, sicut in ceteris epistolis. His respondet Clemens Alexandrinus in hæc uerba. Quod autē supscriptionē solitam non habet, nempe Paulus Apostolus, hæc ratio est, quia præiudicasset Hebræis Pauli nomen, ne eius dicta susciperent & idcirco prudenter declinauit, ne statim à principio, inspecto nomine Pauli, lectio eius repudiaretur Et sicut Beatus presbyter dicebat: Quia Dominus, Apostolus omnipotentis, dicitur missus ad Hebræos. Pro humilitate ergo Paulus, qui ad gentes fuerat destinatus, non scripsit semetipsum Hebræorū Apostolum, uel propter honorem Domini, qui se missum dixerat ad oues Israël, uel quia gentium uidebatur Apostolus. Hec ille

Refellitur  
contra dicē  
tū argumē  
ta.

Origenes aliam coniecturam refutat, quæ habet, quod epistola hæc disertior sit quam ut Pauli putetur. Etenim idem Eusebius lib. 6. cap. 18. hæc Origenis uerba citat. Is uero qui idoneus factus est minister noui testamenti, non literæ sed spiritus, Paulū dico, qui repleuit Euāgelium a Hierusalem usq; Illyricum, nec ad om

Origenes.

PRAEFATIO:

nes ecclesias, quas docuerat, scripsit, sed quatuordecim epistolas solas & in illis plures brevissimas. Quamuis & nonnulli de ea, quæ ad Hebræos scripta est dubitarint, eò quòd non uideatur seruari eius illa sententiã quam de seipso pronunciat, dicens, se imperitum esse sermone. Sed ego dico, sicut mihi à maioribus traditum est, quia manifestissime Pauli est & semper omnes uetustissimi maiores nostri, eam ut Pauli epistolam susceperunt. Si uero requiras à me per quẽ sit sermo eius cõpositus, p̄ certo quidẽ deus uiderit. Hoc dico tamẽ, opinio quæ ad nos usq; peruenit, hæc est. A quibusdam dicebatur quòd Clemens Apostolorum discipulus, & Episcopus urbis Romæ, Græco sermone, non tamen sensibus expoliuerit. Alij quòd Lucas, qui Euangelium scripsit & actus apostolorum

Hieronymus.

Hieronymus uero indicat quosdã huic Epistolæ, ideo contradixisse, quod præter morem Pauli testimonia citentur, non iuxta hebraicam ueritatem, sed iuxta LXX. Vide eundem super .6 cap. Esaiæ. Verum non est mirum si interpres, Græcis testimonia citarit, quemadmodum apud illos legebantur. Interpres autem fuisse putatur Lucas, qui etiam aliàs .LXX interpretum testimonijs usus est. Hæc nimirum sciens Hieronymus, hanc ut Pauli libenter agnouit & citauit, & fortassis etiam mouit. Theophylact

Theophylact.

phylact

phylactum. quod tam audacter asserit. negantem hanc epistolam esse Pauli etiam negare deum per os Pauli locutum.

Faber Stapulensis cū Erasmo, qui, post Hieronymum, hanc epistolam sero à latinis receptam ostendit, contentiosius egit. Nam eam Erasmus, Pauli nomenclatura ferè dignat̃ quā Erasmus uis in annotationibus *συναδροισιμου* coniecturalē ponat, quo non nihil auctoritati eius præiudicare uidetur. Dicit enim Græcos epistolam hanc libentius recepisse in odiū Arrianorū, Verum Clementes & Origenes qui Arriū præcesserunt, satis indicant etiā ante Arrii tēpora fuisse receptissimā, Simile est quod alij referunt eam sorduisse Romanis propter Nouacianos pœnitentiā negantes, quia Nouatus inde suā hæresim uel ex cogitauit, uel firmare studuit. Memor autem tu esto, quod illi sero receptam à Romanis dicant, & sic sibi nō constant. Præterea hac ratione, omnes nobis scripture uilēscunt: Nullæ enim tā sinceræ sunt, è quibus impij suffragium erroribus suis non perant.

Addit Erasmus, in hanc Ambrosiū nō scripsisse, cum tamē in omnes alias cōmentatus sit. Addamus nos quod & à testimonijs huius epistolæ citandis, sibi temperarit, etiam in enarrandis locis Genesew, ubi tamē erat occasio, Unde apparet, quod apud quosdam Latinos Episcopos neglectior fuerit. Nā præter consuetudi



PRAEFATIO

nem suam citant nominatim Paulū ad Hebræos in libris de fide. Itē in libro de pænitentia et si sunt Ambrosij: De his qui initiātur etc. Demus autem ita esse, *σβγχογοι* tamen Ambrosij, Augustinus & Hieronymus, haec libenter usi sunt. Nunquid paucorum silentium, sapientiae plurimorum præiudicabit? & quorundam hesitati uncula, certo iudicio spiritus præualebit?

*Lutherus.*

Lutherus cum suis, fatetur eā esse doctissimi viri, & supra modum eruditam, sacerdotiū christi, & uetus testamentū, apposite et copiose docentē. Sed nō finit eā esse Apostoli, hoc aliquanto eruditioribus argumentis confirmans ex ca. 2. 6. 10. & 12. quæ nos suis locis refutabimus. Hæc de inscriptione & autoritate epistolæ dicta sufficiant: Nobis enim in ea nihil occurret, cuius Paulum uel suppedere debeat.

DE NOMINE HEBRÆORVM

Hebræi non sunt dicti ab Heber patre Phaleg, atauo Abræ, ut quibusdam uidetur, sed suo idiomate uocantur *עבריים*, quæ uox ad nos ueniēs, sonat transeūtes, Ita em̄ Abrā cognominabatur *עברי* eo quod à Mesopotamia, transito flumine, in terrā Chanaan concessisset. Vnde et gens eius, nomen hoc hæreditauit

ARGVMENTVM

Hebræos hæcenus legis & Prophetarum auctores, adhortatur Paulus, ut nunc Christum cū fide

fide

fide audiāt, à qua ob nullas procellas sæculi huius  
 pios persequentis, deficient, sed in patientia  
 & sanctimonia bonos fidei fructus proferant.  
 Lutherus in præfatiōe sua, ita inquit: Mihi uide  
 tur Epistolam hanc esse consutitiam ex multis,  
 & nō eandam rem ordinate tractare. Addit eti  
 am quod non ponat fundamentum fidei. Verū  
 si hoc nostrum argumentum constabit, ut con  
 stat firmissime, uindicabimus epistolā ab utraq;  
 hac nota. Quomodo enim nō ponit fidem fun  
 damentum, qui tot argumentis ad hoc unum  
 enititur, ut Christus audiatur, idq; cū fide, quam  
 tantopere laudat. Et ubiq; tacite alludit ad id,  
 quod, Deut. 18. & Actorum. 7. legimus. Inquit  
 Moses: Prophetam de gente tua ac fratribus me  
 is sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus,  
 ipsum **A V D I E S**, ut petisti à Domino Deo tuo  
 in Horeb, quando contio congregata est, atq; di  
 xisti: Ultra non audiā uocē Domini Dei mei, &  
 ignem hūc maximū ultra nō uidebo. Et ait Do  
 minus mihi, bene omnia locuti sunt. pphetā su  
 scitabo eis, de medio fratrū suorū, similē tui, po  
 nā v̄ba mea in ore ei⁹, loqueturq; ad eos uerba  
 quæ p̄cepero illi. Alludit etiā ad hoc, qd Marth.  
 17. dicit à patre, Hic est filius me⁹ dilect⁹, in q̄ mi  
 hi bene complacitū est, ipsum audire. Preterea p̄  
 cipuū sermonē, quē de sacerdotio Christi ponit,  
 ob hanc potissimam causam adfert, ut fidem no  
 stram confirmet. Neq; enim aliud est efficacius

PRÆFATIO.

antidotū contra nostrā incredulitatē. Vnde id argumētū solide ac feliciter tractat, atq; adeo, ut quisquis ad hunc scopū spectarit, miram lucem ad hanc epistolā intelligendā, sibi datā testabit.

DE ORDINE HVIVS  
Epistolæ.

Agit etiā id honestissimo ordine, dū ab inicio uarijs rationibus & scripturæ testimonijs, quā pulchre explanans dignitatem & familiaritatem præceptoris & magistri nostri Christi, q̄ nobis loquit, proponit. Ostendens illū deo patri equalem creaturis summis & dignissimis, utpote angelis & Mose, per quos homines aliquando edocti, excelsiorē ac digniorē. Terret itē minis, si audire dedignati fuerimus tantum Apostolū & magistrū: Inuitat & allicit beneficentia ac misericordia optimi sacerdotis, tam bene erga nos affecti. Et in hoc mira grauitate pergit usque ad caput. 10. Deinde apte docet officiū nostrū, hoc est, discipulorū, ne tanto præceptore indigni simus & fidē amittamus. Cōmendat itaq; patientiam, pacem, misericordiam, erga hospites, uinctos & pauperes, Castitatē, Obedientiā, Prudentiam, ac orationē, ut ita absoluti efficiamur in omni opere bono. Et quid distinctius ac magis ordinate diceretur: uerū hoc inter enarrandum magis colliquescet

ANNO

# ANNOTATIONES<sup>5</sup>

IN DIVI PAULI EPISTOLAM AD  
HEBRAEOS, IOANNE OECO/  
LAMPADIO AVTORE.

CAPVT PRIMVM.

Eus olim multifariã, mul-  
d tiscq; modis locutus patri-  
bus per prophetas, extre-  
mis diebus hisce locutus est nobis  
per filium.

En sublime exordium. Quo enim alio initio  
audientium corda magis excitare & inflãmare  
ad audiendum potuisset, quam statim in ipso li-  
mine intonando, Deum, qui patribus locutus,  
etiãnum loqui nobis, idque sublimiori modo,  
nõ per ministros & angelos, sed per filiũ ipsum  
tempore q; nouissimo, ne quis aliũ præter hunc  
doctorem expectet: Si non est ineptum exordiũ  
apud prophetas: Hec dicit dominus, Neque hic  
absurde inceptũ est: Deus locutus est nobis per  
filium. Itaque statim feliciter causam suam agit.  
vt audiatur Christus filius dei. Ratiocinatur au-  
tem tali enthymemate, cum per uaria loquutio-  
num genera, uariosque modos olim locutus sit  
deus, & nunc multo sublimiore modo per filiũ

Eurhythme  
mate collig  
git Apo.

B 5

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

locutus est. Propterea uehementius oportet at-  
tendere. Habes hic primam partē enthymema-  
tis, & deinde post insertū longum hyperbaton,  
de dignitate filiī, inuenis in principio secundi ca-  
pitis, alteram partem enthymematis idest, illa-  
tionem, ut uideas pulchre coherere. Christus si-  
mile dicit in parabola Matthæi capite. 21. quod  
paterfamilias, dominus uineæ, miserit seruos  
ad agricolas, qui ex illis alios ceciderunt, alios  
occiderunt, alios lapidarunt, nouissime uero mi-  
serit ad illos filiū suū dicens. Reuerbuntē filiū me-  
um Hoc est enim ultimum refugium & remedi-  
um, mitti filium.

Loqui Dei  
quid.

Locutus. ¶ Loqui dei, est inuisibiliter absque  
sono uocis, in mentibus sanctorum, uoluntatē  
suam atque rectum intellectū inspirare, seu fu-  
tura, sicut sanctis Prophetis, reuelare, Vnde  
psaltes: Audiam quid in me loquatur deus, Et  
Iob. 4: Ad me dictum est uerbū absconditum,  
et quasi furtiue suscepit auris mea uerba susur-  
rii. Est aliàs uerbum æternum dei. est & alia tem-  
poralis locutio, quę non est deo tribuenda cras-  
so modo. Nā cū de<sup>9</sup> dicit: Fiat lux, et facta est lux  
Præcipit sua autoritate & uoluntate, ut prodeat  
& incipiat in tempore, quod ab æterno suam ra-  
tionem & Idæam in ipso habebat, & aliquan-  
do incipiendum erat. Sic Psaltes interpretatur.  
Ipse dixit & facta sunt mandauit & creata sunt  
Sed de his nunc non est sermo. Multa autem  
genera

Psalms 84.

Genes 1.

Psalms 33.

genera, multique modi locutionum Dei sunt, Locutus est nonnunquam per creaturam subiectam, sicut ad Mose, apparens in rubo & igni, Et ad Abram & Iacob, quibus in angelis cōspicetus est. Loquutus est secūdo in somnis sicut Iacob & Zachariæ prophetæ. Locutus est demū citra apparētiā, & nec per uisibilē creaturā nec p̄ insomnium, sed occulta inspiratione tantum in uisibiliter corda sanctorum tangendo, ut loquētes fiant. unde Prophetæ subito afflati dicebant: Hæc dicit dominus. Itaque multiphariam locutus est ac apparuit. Osee. 12. Visiones multiplicauit, & in manibus prophetarum assimilatus sum. Et apud Hieremiam: Mane diluculo surgens misit prophetas suos. Item operarios mittit in uineam, alios hora prima, alios tertia alios sexta, alios nona. Visiones quoque uariæ erant etiā apud singulos ferè prophetas. Et hæc quidem olim, dum fierent, conciliare debebant prophetis auditores. Nunc uero nouissimis diebus, quando nulla expectatio alterius doctoris, multo magis audiendus est filius dei. Dies aduentus et prædicationis Christi, dicuntur nouissimi dies ac uespera. 1. Io. 2. Filioli nouissimum tempus est. Et ad Galatas. 4. Vbi uenit plenitudo temporis. Esaiæ. 2. Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in uertice montium reuelabitur super colles, & fluent ad eū oēs gentes &c.

Locutus

Genera locutionum Dei uaria.

Hierem. 7.

Matth. 20

Visiones Prophetarum uariæ

Nouissimi dies qui.

Locutus ἐν ὑμῶν. Id est, per filiū, tropo hebraico, q̄a et ipse quatenus homo, organū erat dei, sicut prophete, sed nō solū organū ut prophete, sed etiam deus. ita Ioh. 7. Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. & cap. 8. Ex me ipso facio nihil, sed ita ut me docuit pater, hęc loqr̄. Itaque Primū argumētū est a dignitate loquentis. Multum enim refert, quis sit qui loquatur. Quis autē dignior filio dei, qui eiusdē cū patre autoritatis? Et id circo ad laudem Christi prædicandam tempestiue pergit & dicit.

Quem constituit Hæredem omnium, per quē etiam sæcula condidit.

**Obiectio,** Diceret quis. Quē tu nobis filiū dei prædicas? Nonne & omnes Israelitæ & Prophetæ filij dei sunt: ut Esaię. 1. Filios exaltaui, & enutriui, ipsi autē spreuerunt me. Et Psalmo. 81. Ego dixi dñj estis & filij excelsi omnes? Respondet, se non de filijs adoptionis loqui, sed de naturali, coæterno, coæquali, & supra modū digno, per quem alij in filios adoptantur. Vnde hinc aduersus Arrianos ac Nestorianos arma potentia habemus, Confer autē hęc cum his, quæ in epistola ad Ephesios & Collossenses, & uidebis plane eū dē Paulū, sūma magnificentia, Christi encomium, et abstrusa mñsteria depromētē, Ioannicq̄ Euangelistæ nihil cedentem. Etenim sicut maximam dignitatem Christi Ephesijs propositurus inquit

Christus naturalis filius Dei, nos ad op̄tati.

inquit: Quēadmodū elegit nos in ipso, anteq̄  
iacerentur fundamenta mundi. Ita in eandē sen  
tentiam hic dicit: Quem posuit hæredem omni  
um per quem & secula fecit. Ideo autem hæredi  
tas eius sumus, quia electi in ipso, & donati ei à  
patre, quo iudicio, maxime colligimus, ipsum  
esse germanum, uerū & naturalem Dei filium.  
Non em̄ ab æterno positus & scriptus esset hæ  
res, si non esset filius. Sed quia naturalis filius,  
ideo debetur ei hæreditas, Et in ipsum, hoc est,  
ad gloriam eius, condita sunt omnia.

Aduerte cum premiserit, quod deus locutus  
sit in filio, nimirum homine facto, & de eodem  
nunc, inquit: Quem posuit hæredem, per quem  
& secula fecit, nullā urgere necessitatē ut dicas  
alia de humanitate, alia de diuinitate intelligen  
da, & ratiocineris quomodo homo cōdidit se  
cula, uel quomodo deus sit hæres & prædestina  
tus. Nihil hæc te turbent, sed scias omnia id ge  
nus, quæ in apostolis & prophetis occurrunt,  
magnificentius & gloriosius dici, si ad ipsam  
personā christi respicias, quæ humanitatem &  
diuinitatem simul cōplectitur respicias. Nature  
em̄ istæ nunc, quantū ad personæ unionē atti  
net indiuisæ sunt, quid em̄ quòd olim uerbū hu  
manitatē nondū assumpserit, cū semp̄ coelestis  
pater filiū talem cognouit, qui nostrā carnem  
suscepturus esset, idq̄ semper tam certe patri  
apparuit

Observan  
dum hoc



ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

apparuit, ut nobis præsentia: Ab æterno enim ante diuinitatis oculū, obedientia filiū nunq̄ non obuersata est. Itaq̄ uere ac Pie de Christo ipso accipimus, humanitate non sedusa, uel diuinitate non segregata, quod prædefinitus & scriptus sit hæres, per quem condita sunt omnia. Et quo-

Quomodo  
filius heres  
omnium

modo filius hæres est omnium? & quæ sunt omnia illa? Vtique omnia quæ sunt patris, ea sunt & filiū. Non enim moritur ille pater ut succedens filius, mortui bona occupet, sed quæadmodū pater totam suam naturam ac diuinitatem in filiū transfundit, eo quod natura filius est, Ita fili-

Iohannis. 5

us externa omnia, utpote gloriā, opera, electos, cum patre cōmunia habet. Igitur omnes qui in libro uitæ scripti, idem & Christo in hæreditatē donati sunt, Item, opera quæ facit pater, eadē facit & filius. Omnes qui honorificant patrem, honorificant & filium, Est itaque hæres omnium, & maxime diuini nominis, idest, glorię, quam tamen deus nulli alteri concedit. Filio autem de-

Philippē. 2

dit nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine eius omne genu flectatur, et coadoretur filius, cum patre eandem claritatem habens. Nā hoc est nomen præstantius, quod est angelis, ut infra dicitur, κληρονόμικε, idest, hæreditauit. Vbi obserua uerbum. Hæreditauit. Sicut igitur Pater Deus, ita & filius, quia naturalis filius & hæres, Ita & dominus & adorandus, immortalis  
immutabilis

immutabilis, æternus, creator. Et sicut Deus sua  
 misericordia ac bonitate beat ac saluat, ita ut so-  
 lius eius gratiæ, nō salutis gloria sit ascribēda, sic  
 filio quoq̄ eandē gloriā non inuidet, sed p̄stitit  
 ut & ipse uiuificet, resuscitet, sicut pater, glorięq̄  
 eius particeps sit, & sic nos in ipso elegit. Vnde  
 Christus ait: Mea oīa tua sunt, & tua mea sunt, Ioan. 5  
 et glorificat⁹ sum in eis. hoc est, mea à te accepi, te  
 in his glorifico, et nō mihi ascribo, et tua à te mi-  
 hi tanq̄ filio data sunt, quo circa meus honor  
 tuus est, Io: 17. Tui erant & mihi dedisti eos. Sic  
 etiam claritatem illam habuit, priusq̄ hic mun-  
 dus esset, eratq̄ ab initio apud patrem. Pro-  
 inde expono, Quem posuit hæredem omnium  
 id est, præfiniuit, etiam ante rerum initia, ut om-  
 nes saluandi, in solo nomine Iesu salui fiant. Ce-  
 terum hanc fidem esse expositionem, sequentia  
 comprobant, dum dicit, Per quem fecit & secula  
 Hoc est: Sicut in illo nos elegit, ita per illum & se-  
 cula fecit. Vnde apud Ephesios ait. Ante mun- Ephē 1  
 di fundamenta iacta. Et apud Ioan. Hoc erat in  
 principio apud deum. Porro dum dicit, per  
 quem fecit sæcula, plus dixit, quam si dixisset,  
 per quem fecit cœlum & terram. Vult enim nul-  
 lum sæculum esse, & nullum instans temporis  
 quod pater non per illū creauerit. Et ut conceda-  
 mus secundū quosdam, angelos ante mundū  
 conditos, habuisse mensurā aliquā durationis,  
 & ita

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

Ambrosius

& ita sua sæcula, attramen semper præfuit filius. Unde confutantur Arriani, qui dicunt aliquando filium non fuisse, ponuntque erat, quando non erat. Consectaneum etiam est, filium patri cœternum esse. Ambrosius de fide contra Arrianos lib. 5. sic exponit. Disce quod non solum præterita fecit, sed etiam que futura sunt. Sicut scriptum est: Qui fecit que uentura sunt. Et alibi: Per quem & sæcula facta sunt. Sæcula enim præterita & presentia & futura sunt. Quomodo ergo facta sunt, que futura sunt, nisi quia operatoria uirtus est, scientia comprehendens numerum omnium seculorum. Sicut enim uocat, que non sunt tanquam sint: Sic & fecit, que futura sunt, tanquam que sunt, quia non contingit, ut non sint, sed necessario sunt futura, que esse precepit. Ergo qui fecit, que futura sunt, eo genere, quo sunt futura cognouit.

Qui cum sit splendor glorię . & expressa imago substantię illius, modereturque omnia uerbo potētę suę per semetipsum purgatiōe facta peccatorum nostrorū, consedit in dextera maiestatis in excelsis.

Quia dixit per Christum filium facta sæcula, ne intelligamus filium instrumentalem cooperarium

rarium, sed naturalem, quemadmodū artifex,  
 sua cognata sapientia condit ac ædificat. Natu-  
 ram filij coæternam patri & inseparabilem esse,  
 in nomine splendoris gloriæ & characteris decla-  
 rat. Habebimus etiam in hac pericope uel clau-  
 sula, quam ob causam Christus sit heres omni-  
 um positus, Et fermè eadem hic dicuntur, quæ  
 in epistola ad Philippenses: Nā quod illic ait: Cū  
 esset in forma dei, hic dicit: cū esset splendor glo-  
 riæ, & character substantiæ illius, scilicet dei, fe-  
 rensq; omnia uerbo uirtutis suæ. Et quod ad  
 Philipp: dicit: Nō rapinā arbitratus est, ut esset  
 æqualis deo, sed semetipsum inaniuit, forma ser-  
 uii sumpta, in similitudine hominum constitu-  
 tus, & figura repertus ut homo, humiliavit se-  
 metipsum, factus obediens usque ad mortem,  
 mortem autē crucis. Hic uero inquit. Per semet-  
 ipsum purificatione facta peccatorum nostro-  
 rum, quæ contingere nobis non potuit, nisi ad-  
 mirabili illa humilatione & salutifera morte.  
 Deinde quod illic ait. Quapropter deus exalta-  
 uit illum, & dedit ei nomē super omne nomen  
 ut in nomine Iesu omne genu flectatur. Id ipsum  
 hic dicitur alijs uerbis: Consedit ad dexterā ma-  
 gnificentiæ in excelsis. Similiter etiam ad Ephesi-  
 os, cum ostendisset electos, & charos per dile-  
 ctum, addit ibi modū: Per quem habemus re-  
 demptionem, & facti sumus dilecti, nempe per  
 sanguinem ipsius, remissionē peccatorū iuxta

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

diuitias glorię eius affecuti. Similis connexio est apud Colossenses, dum dicit: In quo habemus redemptionē p̄ sanguinem eius, remissionē peccatorum, qui est imago Dei inconspicui, primogenitus omnis creaturę, quia per illum condita sunt omnia, quę in cœlis & quę in terra. Ecce hic modus redemptionis nostrę. Oportebat em̄ pati Christum, & sic intrare in gloriam suam.

Diceret autem quis. Si per solam dei misericordiã saluamur, quare crux imposita est Christo: Nunquid hac filij passione Deus pater mutabilis factus est: & non potuit iustitię eius satisfieri, nisi per sanguinem Christi: Erat ne idcirco innocētissimus ille sanguis fundendus: Respondemus, apud Deum plane nullam fuisse uel esse uicissitudinē uoluntatis, ut in natura sua ex mansueto iratus fiat, uel ex irato mitescat, etiam patiente filio, utcūq; humana infantilitas de Deo sic balbutiat. Electis quoq; Deus nuncq; imputauit peccatum, sed eos semper pro electis habet & habuit, Atqui nos in nobis uariationem experimur ex eo quo electionis sensus qui syncera conscientia erga Deum nititur, euanescit, uiolato fœdere pacis & uitę per incredulitatē. Adde quod de p̄destinatione loqui aliter phas nō est, siquidem ex spiritu iuxta scripturam loquendū, nisi quatenus actu spiritus p̄ aspersionem sanguinis Christi nobis innotescit, hoc est, nō sollicitet, qđ Deo apud se p̄destinabit, sed qđ modo nos p̄destinatus simus

Apud Deū  
nulla uolun-  
tatis uicissitudo.

nati sumus in Christo. Itaque nunc illum iratum, nunc  
pacatum censem, pro ut affecti fuerim ipsi, preterea  
conscientiis & animabus nostris non fuisset consul-  
tum quæ peccatis sic terrentur, ut absque aliqua  
satisfactione, Deum sibi propitium, nequaquam pollice-  
antur. Igitur Deus declarans se nos maxime  
amare, elegit sanctissimam viam, qua purifica-  
remur ab infidelitate, & ipsum nobis propiti-  
um, nequaquam dubitarem, dum non poscit ex  
nobis satisfactionem, sed ut dilectionem ipsius  
erga nos summam cognosceremus, unigenito  
filio suo non peperit, sed factum fratrem no-  
strum, in mortem crucis, pro nobis tradidit &  
ita cum illo omnia. Quid autem amplius eveni-  
re potuisset homini? Hoc utique satis est, ut quieta  
fiat conscientia, & ita pax cordis obtinetur, dum  
spiritus eius participes efficimur, per quem in-  
novitatem vitæ, ut filii dei, quotidie inducimur.  
Parem autem charitatem & in patre & filio ad-  
discimus, Nam ut ille nos diligens, filium pro  
nobis tradidit, ita hic patri pro nobis se ex chari-  
tate obtulit. Hoc igitur Deus ab æterno cognovit & prefiniuit, & ipsos quos iustificat, per spiritum  
suum reuelat. Et idcirco qui satisfactionem  
nostris operibus uel alteri sacrificio, quam uni-  
co isti, uel qui satisfactionem nobis hic uel alibi  
ad demerendum patrem docent, produnt se nec  
deum, nec mysterium salutis nosse, misereque à  
Christo abducunt, & conscientias torquent.

Hodie ge-  
nuit requit

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

Cæterū Paulus hoc loco fideliter gloriam Christi inculcans, rationē ostendere uoluit & uiam, qua peculiaris populus eius ac hæreditas Christi facti sumus Nunc uerbotim profunditatem mysteriorum perpendamus.

ἀπαύγασμα  
ζατμα  
quid.

δόξα  
quid.

Splendor gloriæ Græce ἀπαύγασμα, que uox non solum radios significat, sed & emanationem ac processionem, ut interim proprietates filij, qui à patre pcedit ac gignit, insinuet. δόξα uero plerumq; abundans & copiosa lux est, in qua diuinitas apparuit. Vel etiā augustius quid, præter comunem morem. Ita legimus de gloria uultus Mose. 2. Cor. 3. Exod. 34. Cæterū hic sicut deus pater est lux intelligibilis, ita etiam filius est lux, Io. 1. & lux de lumine. Hec sententiā habetur Sapien. 7. & aliquanto clarius quam hic ἀπόρροια τῆς τοῦ παντοκράτορος δόξης ἐιλικεῖν ἡς, διὰ τούτο οὐδέμ μεμιαμένον εἰς αὐτὴν παρεμπίπτει, ἀπαύγασμα γὰρ ἐσιφωτὺς αἰθερῶν καὶ ἐσοπτρὸν ἀκυλίδωτον τῆς τῶ θεῷ ἐνεργείας καὶ εἰκῶν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ, id est, emanatio gloriæ omnipotentis sincera. Propterea nihil pollutum in illam incidit, Est enim splendor lucis æternæ, & speculū immaculatum effigatiæ dei & imago bonitatis eius. In quibus uerbis ostenditur quod in filio dei, appareat omnipotentia, sapientia & bonitas summa.

Porro hunc locū Apostoli, Augustinus de incarnatione uerbi, sic exponit. Deus lux est splendor

dor ergo lucis est unigenitus filius, ex ipso inseparabiliter, uelut splendor ex luce procedens, & illuminans uniuersam creaturā, quo modo & uia est, quæ ducit ad patrem, & uerbum arcane sapientiæ & scientiæ mysteria interpretans, ac rationali creaturæ præferens, & sic quoque ueritas, uita ac resurrectio. Per splendorem namque quid sit lux ipsa cognoscitur & sentitur, qui splendor fragilibus, & infirmis mortalium oculis placidius & lenius offerens, & paulatim uelut edocens, & assuescens claritatem luminis pati, dimouendo omne quod uisum obtundit ac impedit, capacesque facit ad suscipiendam gloriam lucis. Etiam in hoc uelut mediator quidam hominum ac lucis. Hæc Augustinus. Talem autem audire & talem splendorem uidere, quid est aliud quam Deum ipsum audire & uidere? Ea propter Christus Philippo dicit Io. 14. Qui uidet me, uidet & patrem.

Cæterum Ambrosius contra Arrianos lib. 4. de fide, hunc locum sic expendit. Lux splendorem generat, nec comprehendere potest, quod splendor luce posterior sit, aut lux splendore antiquior. Quia ubi lumen, ibi & splendor, ubi splendor ibi & lumen. Itaque neque splendor sine lumine, nec lumen sine splendore esse potest: quia in splendore lumen, ut in lumine splendor. Unde & Apostolus, splendorem paternæ gloriæ filium dicit, quia splendor paternæ lucis est filius, coæternus, propter uirtutis æternitatem, inseparabilis



ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

propter claritudinis unitatem. Ergo si tempora-  
lia hæc, & uere hic comprehendere, & separare  
non possumus, quæ uidemus, deum quem non  
uidemus, qui est super omnem creaturam, in ip-  
so suæ generationis arcano possumus compre-  
hendere. Possumus eum à filio tempore separa-  
re, cum omne tempus opus sit filij. Hæc Am-  
brosius.

Character  
quid

Expressa imago ἡ χαρακτήρ, id est, expressa  
effigies, uel insculpta figura. In speculo quidem  
apparet imago hominis, sed non character, un-  
de character plus est quæ imago, quæ in cera uel a-  
lia quapiã re est, nam character est imago per-  
manens. Vbi autem legimus substantiæ, scias

ὑπὸς α  
οὐς quid

ὑπὸ αοὐ haberi in græco, quod uertunt non  
nūquã substantiã, nō nūquã uero subsistentiam. Ha-  
bet tamen differentiam quandam ab essentia,  
Hic autem dicere uult. Quicquid gloriosum in  
Deo est, in dicitur quicquid in substantia Dei est,  
hoc in filio totum & solide relucet. Ita ut ea quæ  
patris sunt natura, a filio amouere nequeamus,  
ut per solum filiũ ad patris uenias noticiã. Vnde

Augustini  
expositio

Aug: in prædicto libro de incarnatione uerbi,  
hoc dictum sit exponit. Filius solus nouit pa-  
trem, & reuelat quibus uult. Matthei. ii. id est,  
qui capaces uerbi & sapientiæ ipsius fiunt, Se-  
cundum hoc quod intelligi ac cognosci Deum  
facit, dicitur figuram substantiæ eius exprimere,  
id est, cum in seipso primum describit. sapientia,  
quæ

que uult reuelare cæteris, ex quibus ab illis cognoscitur & intelligitur Deus, & hæc dicatur expressa figura substantiæ Dei, Hæc Augustinus. Ut autem uideamus quomodo in filio patrem discamus, consequenter ostendit, nempe si opera Dei spectemus, uel sicut ab eo condita sunt: uel sicut reguntur. Videbimus enim eadem opera patris & filij. Pater creauit mundum, est & filius conditor. Pater operatur, operatur etiam filius, & res in suo esse conseruat. Pater saluat, saluat & filius. unde sequitur.

Ferens omnia uerbo uirtutis suæ uel illius id est sustentans, & in suo esse, conseruans omnia, uerbo ac imperio suo, uel etiam nutu suo efficacissimo & potentissimo. Verbum enim potentia uel uirtutis Hebraico tropo, idem est, quod uerbum efficax ac potens. Non refert siue legas uerbo uirtutis illius, id est, patris, siue uerbo uirtutis suæ, id est filij. Idem enim est uerbum uirtutis patris, & uerbum uirtutis filij, hoc est, eadē iussio, & idem imperiū. Igitur filius, sicut pater solo suo iussu conseruat creaturas, sanat infirma, resuscitat collapsa, uiuificat mortua, quod efficacissime probatur esse Deus. Hinc est quod Christus in Euāgelio paucis panibus multa milia pauit, mare siccis pedibus transiit, cæcum à natiuitate illuminauit, Lazarum quadriduanū iam mortuū, resuscitauit & cætera miracula fecit ut eiusdem cum patre potestatis esse intelligatur.

Verbū potens quod

ANNO. IN EPIST. D. PAULI AD.

φέρων, expono simpliciter, sustentans omnia quasi gestans in manibus, ut in Psal: Aperiente te manum tuā, omnia implebuntur bonitate, auertente autem, deficient. Iterum expende dictiones, ut deum ac Dominum agnoscas, qui em fert omnia, super omnes est, qui sup omnia est, Deus est. Itē, qui omnibus suo uerbo præcipit necesseq; est ut ei pareant omnia, Deus est. Igitur Christi uerbo omnia obtemperent, necessario Dominus ac Deus est.

Persemetipsum purgatione peccatorū facta ] Olim gloria Christi incognita erat, reuelata autem est tandē in nouissimis diebus, ubi se Christus manifestauit mundo. Quòd tunc fieri debebat, quando populum ab iniquitate, sua morte purgauit. ut Io. 12: Cum exaltatus fuero traham ad me omnes. Morte autē Christus peccata nostra expurgauit, & plane satisfecit, siquidem uere crediderimus.

Sedere ad  
dexteram  
Dei quid.

Sedit ad dexteram maiestatis. ] Considerare ad dexterā Dei, est æqualibus bonis potiri cū Deo & hæredem esse omnium, qua exaltatione, humana natura in Chrsto mire nobilitata est, sed nō sic meliorib<sup>9</sup> dotib<sup>9</sup> gloriosa, ut humana esse cesset. Nō em propterea, quia deus ubiq; est, & extra omnē locum, etiam asserendum erit de corpore Christi, quod uel ubiq; sit, uel extra omnem locum, tribuende autem ei sunt gloriosissime dotes. Porro dum sedentem facit, pacem ac quietem

quietem, iudiciariamq; eius autoritatem ostendit. Et quod dicit ad dexterā maiestatis Dei, iterum docet filium parem Deo patri, & super angelos, sicut Ephesius scribit: Collocavit ad dexteram in celestibus, super omnem principatum ac potestatem & uirtutem & dominium, & omne nomen quod nominatur, non solum in hoc sæculo. &c. Vbi ex obedientia angelorum patet quid sit collocare ad dexterā. Vnde quod hic dicit: In excelsis isthic in cœlestibus. Et sicut isthic ānuntiatur Dominus angelorū, ita hic subiungitur.

Tanto præstantior factus angelis, quanto excellentius præ illis fortitius est nomen.

Audis hic dominum esse exercituū, quo nomine Deus uocatur. Præclatius Christi nomen est, quod non solum dominus angelorum. sed æqualis patri, ac filius, cōsiders ad dexteram. Et si non esset æqualis patri filius, nequaquā haberet nomen summū, Et nomen quod est super omne nomen. Nam licet rex quēpiam toti exercitui præficiat, nondum tamen illi suū honorem, uel summum contulit. Filius autem regis, in cuius nomine non minus genu flectitur quàm regis, summi nominis particeps est. Miseri igitur Arriani, qui cum Iudeis Christum magis præfectum angelo.

ΑΝΑΟΤ.ΙΝ.ΕΠΙΣΤ.Δ.ΠΑΥΛΙ ΑΔ  
rum & sanctorū uocant, quam filiū dei ac deū.

Nam cui dixit unnc̄s̄ angelorū: Fi  
lius meus es tu, ego hodie genui te.

Quoniam Apostolo negociū est cum Hebr̄  
is in lege eruditis, frequentibus & ualidis scrip  
turarū testimonijs utitur, quæ diligenter tractan  
da sunt, ne impiam & adulterinam expositio  
nem Iudæi uel Arriani obrudant, ut summam  
Christo dignitatem adimant, maxime nostra tē  
pestate uigilandum, quia linguæ Hebraicę stu  
dia florent. Iudæi enim quamuis Messiam dig  
nissimum fateantur mortaliū, hominē tamen  
Ψιλόυ ac purum dicunt. Quod si uerū esset, Vti  
que angelis foret inferior. Itaq; Vafriciæ Hæ  
br̄eorum, quibus Psalmum dictum torquent,  
principio confutandæ sunt.

Confuta  
tur Iudæica  
expositio  
Psal. 2.

Pleriq; Iudæorum secundum Psalmum de  
Dauid rege interpretatur, contra quem a Deo  
in regem electum, obortam aiunt gentium ac  
Palæstinorum commotionem, Iuxta illud. 2.  
Regum. 5. Et audierunt Philistinim quod unxis  
sent Dauid in Regem super Israël, ascenderunt  
uniuersi ut quererēt Dauid: Et ad hoc exponūt,  
quod dicitur Quare fremuerunt gentes & popu  
li meditati sunt inania. Ultra. Quoniam Dauid  
percussit illos a Gabaa, usq; ad Gezer, dicunt  
Psalten eō respicere, cum dicit: Ego autem consti  
tutus sum rex. Et fatetur se diuino beneficio poti  
tum re/

tum regno, sicq̄ a Deo in filium genitum, eo quod audiat uerbum Dei. Et ita omnis audiens uerbū Dei, iuxta illos, uocatur filius eius, Quē admodum filius audit patrem ac seruit illi. Et sic tractant illud. 2. Reg. 7. Ego ero ei in patrem, & ipse mihi in filium. Porro dum dicitur: Ego hodie genui te, diem intelligunt quo unctus est in regem, & receptus in filium. Quando dominus dixit Samuēli. 1. Reg. 16. Surge & unge eum quia ipse est. Et tulit Samuel cornu olei & unxit eum in medio fratrum eius, & directus est spiritus domini, a die illa in Dauid, ac deinceps. Et sic exponunt, genui te, eo quod in Dauid fuit spiritus Dei qui confirmauit eum

Cæterum iuxta Historiam hæc euenisse Dauidi negare non possumus, sed interim cogemur fateri sub illa umbra deliniari et prædici regnum Christi, qui & ipse a Prophætis Dauid dicitur. Genitus enim atq̄ inauguratus regno est, cum est orbi per spiritum sanctum declaratus. Nec Hebræi omnes a Christo hunc psalmū separant, dicunt enim Esra & Kimhi, sunt qui ad Gog & Magog atq̄ messiah referunt, imitantes Talmudicos, Rabi autem Schlomo, magis se prodit dicens: Magistri nostri exposuerunt de rege Messiah, sed simpliciter & accommodatius ad respondendū hereticis, nos denotās, licet sic exponas &c. Egregia ratio autoritatem maiorū contemnendi, ut respondeatur hereticis scilicet sic

Ece. a

Christus  
Dauid dicitur

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

Ecce uerba hæc indicant, quod odio nostri sic exponat & suam glossam q̄ ueterum, libentius amplectatur. Atqui longe augustiora & sublimiora in hoc psalmo dicuntur, q̄ ut in Dauide impleta uideantur. Neq̄ enim Palæstinis conquirentibus: Dirumpamus uincula eorū &c. Dauid uel Iudæi imponere cupiuiſſent iugum, si nō fuissent lacessiti, neq̄ Palæstini à ciuitatibus suis eiecti sunt, sed etiam uicti ultra regnarunt. Et Dauid rex fuit in Zion, prælians magis gladio q̄ uerbo dei, reiectus à deo, utpote sanguinarius ne construeret templū. Et quāuis tributarios habuerit finitimas terre, non tamen id postulādo, & merito obtinuit. Deinde imperium suū ultra Iudæam non protulit, ita ut aliæ terræ hæreditas & possessio, non iure dicant, Demū neq̄ alij reges erudiebantur tunc, ut filio dei honorē darent, id quod psalmus sub finem uult, dū dicit: Apprehendite disciplinā, Vbi uerius legimus, osculamini filium.

Zach. 9.

Reprobatur etiam alia Iudæorū somniatio, qui psalmum quidem istum de Christo dictum esse concedunt, sed illi temporale regnū pollicentur, & sic filium dei uocant. Verum ne quis tale regnū cogitet, dicit Zacharias. Ecce rex tuus ueniet tibi iustus & saluator, ipse pauper sedens super asinam. Et Osee. i. Non saluabo eos in arcu, & bello, neq̄ in facientibus prælium cum equis & equitibus, sed ut, Esaias ait Spiritu labiorum suorum

suorum occidet impium. Vnde apud Ioannem  
 legimus, Regnum Christi non esse de hoc mun-  
 do, Regnat enim Christus in cordibus fideiū,  
 & caput est ecclesie suae, quam spiritu & uerbo  
 moderatur. Nā Zion ecclesia est. Alioquin par-  
 ua & cōmunis foret dignitas residere Christū in  
 Zion, sicut mortalem alium regem, sed honori-  
 ficētissimū est sedere in cœlestibus, & oīa pecto-  
 ra regere, populumq; ab oībus aduersis tueri.  
 Accedit ad hęc quod dictū illud: Predicans præ-  
 ceptum eius, Dominus dixit ad me, nemo alius  
 præter Christum dicere potuit. Nemo enim præ-  
 ceptum habuit, ut prædicaret, quod omnis, qui  
 credit in se filium, habeat uitam æternam. Da-  
 uid nihil habuit, quo gloriaretur, ubiq; enim se  
 peccatorem esse testatur. Porro Christus hoc au-  
 diuit ad Iordanem, quod filius esset dei. Item in  
 mōte Thabor. Item ante Pascha Io. 12. Glorifica-  
 ui te & iterum glorificabo, unde qd Christus de  
 se recte confessus est, nulla alio qui creatura citra  
 arrogantiam fecerit. Ultra, nec hoc negligendū  
 quid sibi uelit: Hodie genui te. Iudæorū tropus  
 etiā à Paulo agnoscitur. Dicitur enim quis illis  
 gigni, quando gloria cuiuspiam reuelatur, Ira  
 Dauidem dicunt genitum, quando unctus est,  
 Nos uero etiam Christū recte genitū, dicimus,  
 quando glorificatus est. Christus enim in resur-  
 rectione declaratus est autor & princeps resur-  
 rectionis, primogenitusq; ex mortuis. Act. 13.

Hodie ge-  
 nui te quod

Deponentes



ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

Deponentes eum deligno, Posuerunt in monu-  
mentum, Deus uero suscitauit eum à mortuis,  
sicut in psalmo scriptum est: Filius meus es tu,  
ego hodie genui te. Frustra igitur torquet se Au-  
gustinus & Hilarius, de diuina generatiōe, hoc  
dictum prophetæ exponentes. Nam quamuis  
uerissimum sit, Christum esse filium æqualem  
patri, minus tamē quadrat, ut ad uerbum H O-  
DIE, sempiternitatis sit significatiuū, Hodie em̄  
respectum habet ad præteritū & futurū, quod  
in diuinitate cessat. Olim & a sæculis Christus  
non fuit reuelatus, & in futurum quoq; in æte-  
na gloria reuelatus, non reuelabitur. Apparet  
igitur cum magna Iudeorum & Arrianorum  
confusione, hunc psalmum ad Christum per-  
tinere, & uere eum esse filium Dei, quia primoge-  
nitus est ex mortuis, qui primogenitus esse non  
potuisset, nisi spiritus Dei, ut in filio Dei, habitas-  
set in eo.

Ac rursum: Ego ero ei pater, &  
ille erit mihi filius.

Refellun-  
tur Iudæi

Locus iste habetur. 2 Reg. 7. & 1. Paral. 28. Ire-  
rum autem offenduntur Iudaizantes, quasi di-  
ctū ad Christū non pertineat, sed potius ad Solo-  
monem, eò quod manifeste præmittatur: Solo-  
mon filius tuus ædificabit mihi domum meam  
& atria mea, ipsum elegi mihi in filium. Verum  
penitus scriptura introspicenda erit. Vnde scien-  
dum

dum quid sicut Christus uocatus est Dauid in scriptura, ita etiam dictus est Solomō. Hier: 30. legimus Christum dictum Dauid. Vbi ait: Seruient domino deo suo, & Dauidi regi suo, quē statuam eis: Non dicit: statui, sed statuam. Ita Osee 3. Ezech. 34. statuam pastorem. Sic etiam Solomō dicitur in canticis. Eo quod & magis proprie uere & perfecte pacificus sit Christus, qui pacificauit omnia. Cæterum sicut Solomon carnalis promissus fuit Dauidi, qui temporarium extrueret templum, Ita rex spiritualis Solomō Christus, Dauidi promissus est, qui spirituale templum & domum extruxit, quod templum perpetuum futurum erat, sicut & regnum Christi. Et certus quidem fuit Dauid de promissis Dei. sed errare potuit citra periculum in persona, in principio, Sicut & Eua in Cain, & Abraham in Isaac aliquo modo errasse putantur, cū tamen Deum plane crederēt ueracissimum. Sed statim Deus manifestauit in illo Solomone, uel etiam in Cain & Isaac, promissiones non esse impletas. Promissa enim fuit perpetua pax Solomoni, sed sub finem regni Solomōis. 3. Reg. 12. legimus excitatos ei hostes, & Israëlem rebellasse. Item templum Solomonis, & regnum eius prophanata fuerunt per Chaldeos, Græcos & Romanos, ita ut non sit lapis super lapidem, qui non destruat, testāte Christo. Mat. 24. Verū ecclesia & regnū Christi, manet in perpetuū.

Itaq;

Christus  
Solomon dicitur

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

Itaque temporibus Solomonis, quando ex sapientissimo factus est idololatra, statim cognoverunt fideles alium esse expectandum, in quo promissio Dei impleatur, qui plus sit quam Solomon, ut Christus dicit. Proinde hoc dictum. Ipse erit mihi in filium, proprie & magis ad Christum pertinet, quam ad Solomonem. Demum cum Iudei fateantur, Christum de semine David proditurum, ostendant hodie aliquem de tribu David, sed non poterint. Nam etiam Domitiano imperante, ea progenies penitus uel extincta, uel obscurata fuit.

Rursum autem cum inducit primogenitum in orbem terrarum, dicit: Et adorent eum omnes angeli eius.

Testimonium hoc desumptum est ex Psalm. 96. iuxta LXX. qui sic legunt. προσκυνήσατε αὐτῷ πάντες ἄγγελοι, Adorate eum omnes angeli, cum Hebræo legat. וְשִׁחַוּ לֵו בְּלֵאלֹהִים, Adorate eum omnes Elohim quod nunc uertuntur dei, nunc angeli, nunc iudices, & principes, uel qui in magna dignitate constituti. Et quoniam psalmus iste palam de Deo dicitur iudicaturus idolatras & impios, quem & solum angeli adorant, adoratio enim soli Deo conuenit, sicut scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis, per hoc Paulus, quia iudicium & orationis dignitatem Christi

tem Christo tribuit, ipsum fatetur esse Deum, & iudicem cū deo coadorandū. Quia etiam dicit: Omnes angeli, nullū omnino excipit. Vnde iterum liquidum est, quod omnibus creaturis sit dignior

Christus  
iudex &  
ideo Deus

Iudaizantes hic offendi possent, quod in hoc Psalmo nulla filij, uel Christi mentio fiat, solusq; Deus inducat, quasi nihil pertineat ad Christū hoc testimonium. Verū cum legamus Micheæ 4. quod iudicaturus sit populos multos, & redarguturus gentes robustas. Item Esa. 11. Et iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate mansuetos terræ, & percutiet terram uirga oris sui, &c. Et Dan. 7. Videbam in uisione noctis & ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis ueniebat, & usq; ad antiquum dierum peruenit, & coram eo obtulerunt illum, & dedit ei potestatem, & honorem, & regnū & omnes populi & linguæ ei seruient. Que uerba plane Christo cōueniunt, & iudicem esse ostendunt, qui uenturus est, ut Psalmus iste habet. Ita Ioannis. 5. pater omne iudicium filio dedit. Dicere igitur uult Apostolus, & scriptura etiam ostendit, quod Christus primogenitus mortuorum, & dignissimus omniū fratrū, iterū sit inducendus in hunc mundū, ac rediturus, sed nō in solam Iudæam, uerum in uniuersum orbem terrarum, ut gloriosus iudex. Venit enim primum in humilitate & cum gloria ascendit in cœlos, in qua se iterū

D

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

rediturum dicit. Act. 1. nimirū ministrantibus angelis sicut in ascensione. Nam & angeli in reditu Christi omnia offendicula è medio auferēt. Item angeli & sancti nubes illæ sunt in quibus uenturus est Christus, Proinde Psalmus iste bene conuenit Christo.

Et ad angelos quidem dicit: Qui creat angelos suos spiritus, & ministros suos ignis flammam.

Angelus  
nomen mi-  
nisterij.

Ostendit Christo datum nomen sublimius quam angelis, nempe nomen filiū, Nunc dicit angelos nomē ministerij sortitos esse, & minus nobile, nempe quod sint nūtiū ac ministri. Et ad hoc citat dictum psaltis, Psalm: 103. Qui facit āgelos tuos spūs, & ministros &c. cuius hæc est sententia. Qui facit angelos id est, nuntios suos, tam celeres nuntios, q̄ celeres sunt uenti ipsi, qui non reuertuntur, sed flatum suum perficiūt & facit ministros suos tam feruidos & efficaces, quam uiuax & actuosus est ignis flammans. Celeritas enim in uentis, & operandi efficacia igni tribuuntur. Hinc est quod angeli sepe in specie igni apparuerunt, ut. 4. Reg: 6. Helisæo. Acto. 7. in rubo. 4. Reg. 2. in translatione Helisæ. Habitu enim suo uisibili declarant, ministerij sui modum. Eandem ob causam angeli alij uocati sunt Seraphim, alij uero Cherubim, Seraphim ideo, quia ardent

Seraphim

quia ardent ac feruent in ministerio, quod tamen  
 alij ad charitatem trahunt, quæ in ipsis quidem  
 summa est, Sed magis ministerij cōditio spectā  
 da. Cherubim uero dicti sunt, quasi alatae aues Cherubim.  
 Nam ita כְּרֻבִים Hebraice dicuntur aues, uel  
 uenti, ut cognoscāmus ex ipso nomine diligen  
 tiam angelici ministerij. Psal: 17. Ascendit super  
 Cherubim, & uolauit super pennas uentorum.  
 Aliena autem interpretatio est, Cherubim dicitur אבן.  
 os à multitudine sapientiæ & intellectus, quem  
 admodū pleriq; ordines angelorum distingu  
 unt, Sanè nostra expositio, huic loco bene quā  
 drat & magis quam illa, qua exponunt de natu  
 ra angelorum, qd Deus facit angelos uentos,  
 id est, spiritus, Et flammam ignis, id est, igneæ,  
 ac spiritualis naturæ. Nam si de natura loqui  
 mur, filius Dei, in quantum Deus, spiritus est.  
 Deus enim spiritus est. Ioan: 4. Est autem & fili  
 us ignis. Deus enim ignis consumens est. Ver  
 rum hic ponitur discriminē inter filium & seruos,  
 filius paterni honoris, & nominis particeps est,  
 non autem seruus.

Ad filium autem: Thronus tuus  
 Deus in sæculum sæculi, uirga re  
 ctitudinis, uirga regni tui. Dilexi  
 sti iustitiam, & odisti iniquitatem.

D.

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD  
propterea unxit te Deus, Deus tuus,  
oleo exultationis ultra confortes tuos.

Refellitur hic iudaica expositio. Aliam nunc antithesin ponit, Christo iudicariam potestatem & quietam autoritatem tribuens, angelis uero ministerium. Profert itaque testimonium ex Psalmo. 44. qui omnium Hebræorum consensu in Messiam scriptus est, quamuis studeant etiam illic declinare, ne Christum tanquam Deum & cœlestem iudicem recipiant, quamuis manifestiora sint quam ut effugium patiantur. Nam licet inuertant expositionem dicentes, ut Saadias: Sedem tuam parabit Deus, uel ut alij. Sedes tua, sedes Dei, colligitur tamen, quod Christus est iudex, & iudex æternus, hoc enim est, in seculum seculi, quod iudicium est dei, non creaturæ. Nā thronus eius æternus, & ipse eternus, & si eternus iudex, utique Deus est, qui equissime, iustissimeque iudicet. Virga enim hoc est sceptrum, symbolum iustitiæ est. Virga igitur illa, uirga æquitatis, id est, directum sceptrum. Nul-  
lus enim personarum respectus apud Deum, æque iudicans diuiti & pauperi. Est autem hæc Christi æquitas, diligere iustos, id est, omnes in Deum credentes, & odio habere iniquos, hoc est, incredulos. Hanc iustitiam non dñiudicant homines, sed cordium cognitor Deus. Porro quod sequitur

Virga sce-  
ptrum sig-  
nificat.

tur: Propter hoc unxit te Deus, ad superiora Psal-  
mi pertinet, ut sic capias. Quia enim es tam spe-  
ciosus ò Christe, tam strēnuus, tam uerax, tam  
mansuetus, gratiaq; plenus, haud mirum est,  
quod unxit te Deus, id est, sublimioris dignita-  
tis esse iudicauit, exaltando te tibiq; dando no-  
men super omne nomen. Nos sane cum Maria  
ungere dicimus Christū in ipsum credendo, eo  
quod fides nostra fragrantissimum unguentum  
coram Deo, Sed Deus ungit eum, euehendo in  
summam maiestatem, dum ut uictorem, oleo le-  
gitimæ exhilarat. Psalter enim hilarem ac bene fra-  
grantē regē ante oculos depingit, est em̄ oleum  
leticię. Matthęi 5. Tu si ieiunas inunge faciem  
tuam oleo, ipse enim beatus & lætus, & nos  
quoque odore suę felicitatis recreat ac refocil-  
lat: Bonus odor nominis Christi, in canticis un-  
guento effuso comparatur. Sullant etiam ut in  
hoc eodem Psalmo, uestes mirram & casiam  
ad nos fouendos. Etenim agnoscentes nos per  
ipsum ut filium Dei redemptos, eius bonitate &  
misericordię fragrantia, sic perfundimur, ut ip-  
sum præ omnibus creaturis maximæ iucundū,  
mira suauitate cordis sectemur, eiq; cum tota fi-  
ducia addicti simus. Nullus enim ex angelis uel  
sanctis, qui socij & participes Christi sunt, tan-  
tum nomen habet, ut talem sedem, talemq; un-  
ctionē mereatur ut Christus. Hinc etiam nomē  
est Christi. Alij dicunt Christum unctum spiri-

Vagere  
Dei.



ANNO. IN EPIST. D. PAULI. AD  
tu sancto, qui dat letitiam cordis, uel gratiam  
spiritus. sed nostra expositio simplicior. Seden  
tem uidit etiã. Esa. 6. Ezech. 1. Mich. 7. Daniel. 7.

Et tu in initio domine terræ fun-  
damenta iecisti, & opera manuum  
tuarum sunt cœli, ipsi peribunt, tu  
autem permanes, & omnes ut uesti-  
mentum ueterascent, ac uelut ami-  
ctũ circumuolues eos & mutabunt̃,  
tu autem idem es, & anni tui non  
deficient.

Christus  
& & ω

Iungitur aliud testimonium ex psalmo .101.  
quo iterum Christus uere Deus comprobatur,  
eò qd est æternus & immutabilis, ostenditurq̃  
esse α & ω, imò carens principio & fine. Et quod  
sit ultra omne tēpus, omnem locum, & omnē  
motum, expers etiam omnis uicissitudinis &  
variationum, ut per Malachiã inquit. Ego enim  
sum Deus qui non mutor. Nam dum dicit. Et  
tu initio Domine terram fundasti &c ostendi-  
tur fuisse ante cœlos, Et cum subditur: Ipsi peri-  
bunt, tu autem permanes, ostenditur carere fine,  
Et si cœli pereant, ipse semper idem futurus est.  
Id quod nulli creaturæ tribuere potes. Ita solus  
Deus immortalis est natura. Nā quicquid com-  
positum

positum est, idem & mortale est, & quoniam omnes creaturæ compositæ sunt, ea propter sunt & dissolubiles. Sic etiam angeli natura sunt dissolubiles, quibus diuina benignitate sint immortales. Non enim sunt pure simplices, Deus autem simplicissimus est, neque ex materia & forma, neque ex actu & potentia compositus. Dicere igitur psaltes uult. Licet cœli corrumpantur, tu tamen immortalis es. Hinc Iudæi iterum refragabuntur, quasi hæc de Deo simpliciter, & non de filio Dei, qui est Christus, sint dicta, sed hos rogabimus, an non Christus misertus est Sion, qui & ædificauit eam, & cui omne iudicium dedit Pater, ut timeant gentes ac reges nomen eius, sicut ante ista uerba psaltes promittit? Quem admodum igitur hæc dignitas prior à patre data sit Christo, ita & ista congrue filio Dei tribuuntur, per quem cœli constant, qui etiam nihilominus inæternum Christus est, & filius Dei, si cœli intereant, imò nec uerba eius transibunt. *Marci. 13.* Cœli & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt. Hebræi hunc locum sic exponunt. Si uolueris Deus, perdes cœlos, si uolueris, consistent. Refutantur hic etiam Peripatetici & alij philosophi, qui non nisi summa cum impietate mundum æternū esse dicunt & perpetuum, sine principio & sine fine. Non tamē dicimus cœlū & terram omnino cessatura, Nam ecclesia *sus. 1.* habes; Terra inæternum stat. Et *psal. 103.*

Quicquid  
compositū  
mortale.

Resellitur  
Iudei.

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

Qui fundauit terram super stabilitatem suam,  
Innouanda autem dicimus, ut est ad Ro. 8. Crea-  
tura liberabit a seruitute corruptionis, in liber-  
tatem gloriae filiorum Dei. Et in 2. Petri. 4. ha-  
bes, coelos qui nunc sunt & terram, uerbo Dei re-  
positos esse igni, & reseruatos in die iudicii &c.  
Nouos autem coelos iuxta prophetas expecta-  
mus. Et uetus opinio fuit, mundum ueterascere,  
& ita annos hominum minores, staturam non  
tam proceram, & fruges minus salubres, Verum  
Christianus qui scit patrem usque hodie operari,  
& diuinam uirtutem nequaquam esse effcetam,  
talia non curat.

Ad quem autem angelorum dix-  
it unquam. Sede a dextris meis, donec  
posuero inimicos tuos scabellum pe-  
dum tuorum? Nonne omnes sunt  
administratorij spiritus, qui in mini-  
sterium emittuntur propter eos, qui  
haeredes erunt salutis?

Ponit alteram Partem antitheseos, angelis non  
conuenire sessionem, sicut Christo? Nam ipsi  
ministerij spiritus sunt, non solum ut Deo ser-  
uiant, sed etiam ut hominibus pijs ac electis. Vbi  
iterum ex psalmo. 109. profert testimonium, quod  
apposite de Christo dictum esse, ut ostendamus  
paucis

paucis, totus psalmus tractandus erit, maxime  
 quia & postea eius mētio habet. & Iudæi hodie  
 illū interpretantes, a nativo sensu paul abscedūt,  
 cum maxime conveniat Christo. Quapropter  
 etiam ipse, hoc ipsum dictum. Mathæi. 23. citās,  
 contradicentium ora prorsus concludebar. Au  
 diendi autem primum Iudæi, quid pro se habe  
 ant. Quidam ex illis opinantur hic Dominū  
 dictum fuisse, nec Christum, nec Davidem, sed  
 Abraham, qui sæculo suo Dominus fuerat ap  
 pellatus, sed esse a dextris Dei, hoc est, adiutum  
 esse à deo, donec illi ab hostibus Sodomitarum  
 Amraphel, & socijs eius uictoria contingeret,  
 & postea uaticum, hoc est, Panem & uinum re  
 deunti a clade suppeditatum ex Zion per Mel  
 chizedec. Ita enim appellant panem uirgam uel  
 baculum uirtutis, eo quod hominem sustentet,  
 ac roboret. Sicq; consequenter dicunt tunc fuis  
 se cum illo populum uoluntarium & gratiosū,  
 Sic enim legunt, ubi nos habemus Tecum prin  
 cipium, Ibi Hebræus, populus uoluntarius uel  
 gratiosus, עמך נרבות ביום populus autē  
 ille, erat trecenti decem & octo expediti uernacu  
 li cum Aner Eschol & Mamrhe. Porro sacerdo  
 tem aiunt, hoc est, Dominum ac principem diu  
 no iuramento constitutum, iuxta uerba Melchi  
 zedec, quando Dominus in die ire sue confre  
 git quatuor reges. Hoc uero illi cōcessum aiunt  
 ob sanctitatem adolescentiæ eius Alij ex Iudæis

Exponitur  
 tur paucis  
 psal. 109.

חבל  
 21c 3.

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

Psalmum de ipso Dauid exponunt, cui à quodam cantore inscriptus sit, qui illum dominum uocet, sicut in alio psalmo regem, Quando inquit: Domine in uirtute tua lætabitur rex. Iuxta horum interpretationē dixit Deus Dauidi, quādo ei omnis populus iurauit, ut ipse sedeat in Hierusalē, quæ est ad dexterā templi, & ita dextera Dei. Ipse autē dominus humiliet inimicos eius, per subditos illius uoluntarios & gratiosos adolescentes, etiam ipso non exeunte in prælium. Et sic dicunt constitutū esse sacerdotē, hoc est, confirmatum regem, Deo reges & inimicos eius perdente, ualeant hęc Iudæorū blasphemię. Nam ut conuiueamus & permittamus Hebræis, sacerdotem pro principe accipi, quod tamen uerum non est, nihilominus certum est, neque Abraham neq; Dauidem diutius principatum seruasse. Nam & ille in Geraris periclitatus est, peregrinusq; semper fuit in terra, neq; prædiū habens, in quo sepeliret uxorem. Dauidi quoq; populus nō mansit uoluntarius, sed rebellauit, ita ut à facie filij sui fugeret, confregitq; hostes, magis præliando q; quiescendo, imò quies cessit ei in magnum scandalū. Quin nec Dauidis, nec Abrahamæ meritis, sed diuinæ uirtuti scriptura uictoriam adscribit. Hęc obijciuntur Iudæis. At qui hæc oīa Christo, uero domino, & uero sacerdoti a mortuis resurgenti & ad patrē in cœlos ascendenti recte cōueniūt. Is em ad dexterā patris

patris sedet quia æqualis dignitate est cum patre  
 in perpetuum, ei etiam subiunguntur omnes ini-  
 mici, & fiunt scabellum pedum eius. Ne autem  
 exponas DONEC, quasi postea nō sit regnatu-  
 rus, ubi hostes uicerit, sed in hoc uideat nūc eius  
 potentia, quia preualet regnum eius, quod ini-  
 tium accepit ex Zion per populum uoluntariū,  
 & sanctimonia splendidū, Apostolos inquam,  
 qui sunt יְרוּשָׁלַיִם ros adolescentiæ eius, hoc  
 est, primitiæ ecclesiæ. Vel recensiti sunt illi adole-  
 scentes Apostoli, id est, fortes milites ad fundē-  
 dum sanguinem parati, quiq; erant ut ros acuo-  
 luntaria pluuia. Id quod factū est, eo quod Chri-  
 stus sacerdos est iuxta ritum Melchizedec per-  
 petuus. Et ita Deus in gratiam Christi, potentes  
 huius sæculi cōfutauit ac infatuauit. Cessit enī  
 rotus orbis Christo & quotidie inimici Christi  
 humiliātur, ut uere filius Dei ac dominus cog-  
 noscatur. Igitur nō hic dixit Deus ad angelum,  
 ut sedeat à dextris, quanto minus ad Dauidem  
 uel Abraham. Solius autem filij est, æqualibus  
 bonis potiri cum patre, Angeli uero sunt admī-  
 nistratorij spiritus. Nam quoniā nos homines  
 tardiores sumus ad credendum Deo loquenti  
 intra nos, nisi accedat etiam externus admoni-  
 tor. Proinde Deus per angelos, ut ministros à se  
 proxime illustratos, manifestat ea, quæ absq; ex-  
 terno uerbo segnius accipimus. Sic etiam cum  
 alia humana presidia deessēt, ad iumēto fuerint  
 p̄is æ

ANNOT IN EPIST .D. PAULI AD

pñs ac electis contra impios, quibus obsistunt, quos etiam persequuntur. Ita ostendit discrimen magnum inter filium & angelos.

CPVT SECVNDVM.

Propterea oportet nos uehementius atendere his quæ dicta sunt nobis, ne quando perfluamus.

Iunge hanc clausulam principio epistolæ, & habebis enthymema tale. Deus per filium locutus est, ergo studiosius audiatur. Argumentum est a maiori dignitate, quasi in hunc modum ratiocinetur. Quoties Deus per præstantiorem nuntium nobis loquitur, diligentius audiendus est, nunc per filiū & sibi equalē & angelis præstantiorem locutus est, ergo illius oportet uehementius auscultare dictis. περισσοτέρως uerterūt uehementius, proprie περισσόν, significat superfluum & abundans, ut sit sensus. Eriā si iterum atq; iterum audias, ne defatigeris, ne sit tibi superfluum, in alijs iuxta prouerbium, mors est bis repetita *πρὸς μὲν*, hic sicut uerba uitæ, pulchra, bis aut ter dcenda. Sapiens audiendo sapientior fit. Prouer. 1. Vult nobis aures esse audiendi, ne similes simus auditoribus, qui comparantur infundibulis, nihil qd ceperunt reponentibus, ne etiam congruat illud. Esa: nohis. Auribus audite & nolite intelligere. Hereat semē illud bonum in agro

Verbum  
Dei diligen  
ter audien  
dum.

agro bono pectoris. *δὲ*, nō semper necessitatē  
sed congruentiam denotat

Ne perfluamus ] Nouum argumentum est  
à periculo quasi diceret. Si te non mouet digni-  
tas nuntij, saltem tibi persuadeat ingens tuum  
damnum. Nam si uel paulò negligentior fue-  
ris, periculum est ne totus pereas. Verbum *πα-  
ραρροῦμεν* exponūt, ne defluamus & *ἐφολισκώ-  
μεν* pereamus, comparatione sumpta à folijs,  
quæ ab arboribus delabuntur & defluunt, con-  
culcanturq; ac pereunt. Et uere periculum incū-  
bit omnibus, qui uerbum Dei negligenter audi-  
unt. Verbum enim Dei animas pascit, non nau-  
seabundas sed esurientes, et non habenti, seduli-  
tatem scilicet, etiam quod habet auferetur.

Etenim si is, qui per angelos di-  
ctus fuerat sermo fuit firmus, & om-  
nis transgressio & inobedientia, iu-  
stam præmiij reparationem accepit  
quomodo nos effugiemus, si tantā  
neglexerimus salutem?

Hęc de lege intelligas, quam dominus dedit  
per Mosen. Lex enim per angelos in manu me-  
diatoris disposita est, ut habemus in epistola ad  
Galatas. 2. Et Actorum. 7. Manifestum autem  
est, omnes transgressores legis fuisse punitos,  
quanto



ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD:

quanto igitur magis puniendi, qui Euangelion Christi negligunt. Et uide quomodo opponat legi, Euangelium. Lex em̄ per angelos data est, Euangelium per filium. Lex sermo dicitur, Euangelium uero salus, quia Euangelium uerbum est salutis. Quamuis etiam in Actis, Lex uocetur uerbum uiuum, sicut Deut. 5. Facite quæ precepit dominus, ut uiuatis. Et Leuit. 18. Custodite leges meas atq; iudicia, quæ faciens homo uiuet in æternum. Atqui ibi et in similibus locis de iusticia fidei loquitur, non enim sine fide impletur. Porrò Euangelium Christi, uirtus est dei in salutem omni credenti, Vnde hic recte salus dicitur, & salutē negligit, qui uerbū dei negligit

Per sermonem angelorum, intelligunt alij, omnia angelorum uerba, quæ non cassantur, sed semper suum sortiuntur effectum, & propterea non sunt contemnenda ut Gene. 18. Promittit angelus Saræ filium. Capite. 19. predicat Sodomam perituram, idem sic euenit. Quanto magis igitur uerax est sermo Christi, & qui Christo non credit, pœnam non effugiet, iuxta illud Deutonomij. 18. Qui uerba eius quæ locutus fuerit in nomine meo, audire noluerit, ego ultor existā. Attende autē emphasim uerborum, dicit enim. Si neglexerimus ἀμελήσαντες hoc est, si uel paululum transgressi fuerimus grauer puniemur, Sicut illi qui angelorum uerbis non crediderunt. Et quid minus est quā esse negligentem?

Quis

Quis ergo se excusabit? Magno igitur feruore Christianis opus est. Qui legem non adimpleuit, effugium habet apud Christum mediatorem, qui autem Christum & uerbum fidei neglexerit, quò se recipiet: què aliù requireret mediatorè. Variat Græcorum lectio in dictioe παράφρασις, ubi alij per φ, alij legunt per β, Si per φ, legas, sonat omnem detractionem uel responsionem. Si per β, legas, transgressio est. Est autem etiā ipsa detractionis damnabilis ἐνδύκον μὴ ἀποδοσίαν iustā retributionem. ἐνδύκον enim est, quod lege diffinitum.

Quæ cum primum enarrari cœperit per ipsum Dominum, ab ijs qui audierant, in nos confirmata fuit, attestante Deo, & signis & prodigijs simul, uarijsq; uirtutibus, & spiritus sancti distributionibus, iuxta ipsius uoluntatem.

Per salutem, salutiferum intelligit Euangelium, quod initio non ab angelis & ministris adnuntiatum est, sed a Christo ipso & Domino, & deinceps ab Apostolis, qui ab illo audierant. Et sicut lex non sine magnis prodigijs data est, ita etiam Euangelium initio, non sine maximis miraculis promulgatum est. Ita enim Deus preclara sua opera initiare solet.

Ne igitur

Ne igitur iterum dicant Iudæi, sicut. Io. 6. dice-  
bant: Quod tu facis signum, ut uideamus et cre-  
damus tibi, Tacite adiungit, Et respondet: Ecce  
Deus uerbum salutis, non minus glorificauit p  
Apostolos, q̄ olim legē. De miraculis habes in  
actis copiose, & Marci ultimo. Cæterum mira-  
cula & spiritus sancti dona, que pro utilitate ec-  
clesiæ dispensata fuerunt, coniuncta sunt, hic uo-  
cat distributiones sancti spiritus. Iterum alludit  
ad legem, quando enim lex data fuit, septuagin-  
ta seniores, participes spiritus Mose fuerunt. In  
die autem Penthecostes circiter centum & uigin-  
ti discipuli spiritu sancto locupletati sunt, & po-  
stea multa millia.

*Quæ uera  
miracula.* Iuxta ipsius uoluntatem ¶ Inde licet probare  
miracula. Vera enim miracula Dei, non perti-  
nent ad uanitatem adstruendam, qualia Magi  
operantur, sed ad gloriam Christi ac patris pro-  
mulgandam. Voluntas enim Dei est, ut Chri-  
stus glorificetur, & per Christum pater, nos q̄  
inde salutem accipiamus. Falsa miracula nequa-  
quam ueram Euangeliij gloriam promouent.  
Ex hoc loco accipiunt quidam cōiecturā, quod  
hæc epistola non sit Pauli, quia Paulus ubiq̄ di-  
cat se accepisse Euangeliū à Christo. Hic uero in-  
quit, ab auditoribus in se confirmatum. Verū  
tu attende uerbū confirmationis, & quod Pau-  
lus nō de se solo loquatur, sed & de alijs, qui po-  
sterius crediderunt, Nam antea Stephanus &  
Petrus

*Coniectu-  
ra hic, hanc  
nō esse Pau-  
lū refellitur.*

Petrus, & alij claruerant miraculis. Negare non possumus quod Ananias imposuerit manus Paulo dicens: Saule frater, dominus Iesus misit me, ut uideas & implearis spiritu sancto. Obiectionem item istam Theophylactus sic diluit. Cur alibi se ait ab hominibus non accepisse, quia ibi quidem perinagnum erat & necessarium quod urgebat, fateri se non esse discipulum hominum, periclitabatur autem predicatio eius propter eos, qui negabant Paulum audisse Dominum. Hic autem non opus erat ea gloriatione, proinde nihil conuincunt hae coniecturae

Non enim angelis subiecit orbem terre futurum, de quo loquimur.

Continuatio horum uerborum pendet à lectione superiori, unde respice ad uerbum, Dominum, ubi dicit: Quae cum dici coeperit per ipsum Dominum. Ut sit sensus, quanto grauius est contemnere Dominum ipsum quam ministrum, tanto periculosius fuerit non audire Christum. A seruo quis appellare potest ad dominum, à domino appellare non poteris. Dicit igitur, angeli non sunt domini mundi, neque orbem Deus illis subiecit.

HACTENVS DICTAVIT IOANNES  
OECOLAMPADIUS, QUAE SEQUUN-  
TUR, STUDIOSI EX ORE DIFFERENTIS  
ANNOTARUNT

E

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

Orbis futu  
rus

Videndū iam quis orbis ille futurus sit. D. Chrysoſtomus ſimpliciter accipit de mūdo hoc uiſibili, ut intelligas orbem terrarū, qui aliquando futurus erat, & aliquando nō fuit, & de quo cōmunis ſit ſermo. Vult autem dicere, Angelis iſtis, utcuq; ualida uideātur habere imperia, orbis terræ ſubiectus nō eſt, ſed uni Chriſto, erit ergo illis longe preſtantior. Alij orbem futurū de quo loquimur, intelligendū putant regnum Chriſti, quod per Apoſtolos glorificato iā Chriſto annunciatum eſt, atq; ex omnibus gentibus collectum. Verum nec in hunc modum Angeli poteſtatē aliquam per ſe habent in regnum & eccleſiam Chriſti. Nā iſti uni data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra. Mat. 28. nō angelis, qui & iſti per hunc inſtaurandi ſunt. Ephes. 1. Prior ſenſus ut ſimplicior, ita magis genuinus uideatur. *ὁ κόσμος οὗτος*, proprie terra habitabilis uel quæ habitatur, pro orbe ponitur, quo uerbo mihi uidetur reſpicere ad initium Pſal. 8. Domine dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuū in uniuerſa terra, ſicut & ſtatim ex eodem teſtimonium petit.

Teſtatus eſt autē alicubi quidā, dicens: Quid eſt homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quod inuiſis illum? Feciſti eum paulo inferiorē

feriorem angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius.

Nomē libri & autoris prudens non profert, partim quod eruditus in lege scribat, partim ut ostentationem fugiendam moneat. Inuenias nā que ambitiosulos, qui multum temporis in citationibus autorum, & capitum consumunt, ubi nihil opus fuerat. Atqui cauendum nobis, nisi forte is occurrat locus citandus, quem lucem scripturis allaturum omnino non diffidamus, Testimonium, quo Apostolus conuincere uult angelis orbem non subiectū, desumpsit ex psalmo. 8. Incertum autē est an Dauid ipse, uel unus ex illius cantoribus hunc scripserit, Nā satis constat a Dauide nō omnes esse conscriptos, quamuis par ubiq; spiritus eluceat propheticus & diuinus. Porrò cū Basilio, Hebræi omnes psalmum hunc de humano genere scriptum dicunt, Per uisibilia em̄ hęc, inuisibilia Dei, ipsaq; æterna eius potentia ac diuinitas cognoscuntur. Quia uero Deus tā suspiciendus est in operibus suis, ut satis dici non possit, cum ex ore infantium & lactentium laudem suam perficit & confirmat, dum hi bonitatem eius q̄ mirifice in se uisendā exhibent, suoq; modo prædicant, certe quisquis

Quando scri  
pturę citau  
dæ.

Enarratur  
psal. ad liti  
ram.

ANNOT IN EPIST . D . PAVLI AD

ex animo hoc agnoscit, non potest non cū psal-  
te exclamare . Domine dominus noster, q̄ & c̄ .  
Deinde si coelos quis suspiciat , artificiosissimum  
opus illius, solē , lunā , stellas, quæ omnia prop-  
ter hominem sunt facta, quomodo non prorū-  
pat in exclamationem hanc , & dicat . Quid est  
homo quod memor es eius & c̄, & q̄uis homo  
caro sit, neq̄ ex summis istis tuis creaturis, nam  
imminutus est paulo ab angelis , istis q̄ factus  
inferior, tanta tamē hunc gloria & decore coro-  
nasti, dignitateq̄ euexisti, ut dominum eum ope-  
rum tuorum facere dignatus sis, adeoq̄ cuncta,  
oues, boues, bestias campi, uolucres cœli, &  
pisces maris, pedibus illius subieceris. Tanta tua  
est in humanum genus dignatio .

Per catago  
gā psal . de  
christo ex-  
ponit

Sic illi psalmum hunc interpretantur, & satis  
quidem bene, quod ad literam attinet . Verum  
Apostolus profundius mentis oculos intendit,  
sublimiora hinc eruturus. Interim tamen exposi-  
tionem hanc non negat, sed digniorem multo  
ponit, & quandoquidem in nullo homine hæc  
impleta dici possunt, quæ psaltes hic ponit, conse-  
quitur quod in uno Christo uere impleta hæc  
sint. Certe homo ex inobedientia sua imperium  
& dominium in reliquas creaturas bona ex par-  
te amisit, ita ut ista perfecte in eum non possint  
competere.

Quid est homo quod memor ¶ Eandem sen-  
tentiam, more scripturæ, bis ponit, ut magis ex-  
primat

primat erumnosam & sordidam hominum cō-  
ditionem. Idem enim per hominem, & filium  
hominis, per memorem esse, & inuisere intelli-  
git, quali diceret. Quid quæso in hūanitate Chri-  
sti offenderis, audis hic quanti Deus fecerit hu-  
manū genus, ut supra modū certe mirari non de-  
beas cū audis filiū eius carnē assumpsisse. Neq̄  
em̄ infirmitas carnis humanæ, nocet ipsius dig-  
nitati, sicut nec minorem fecit. Benevolentia quī  
dē Dei & dignatio nostri, in creatione apparet  
maxima, sed in redemptione & reparatione no-  
stri, infinitò maior. Ita Per Charagogam hæc,  
peculiariter de Christo Apostolus exponit.

Fecisti eum paulo inferiorem angelis ] אלוהים  
אלוהים Præter unum Hieronymū, ueteres omnes  
hic legunt, ab angelis, non à Deo, quod & pro-  
be ad Apostoli institutū quadrare uidetur, quā-  
do quidem Christum conferre uult angelis, ip-  
sisq̄ longe excellentiorem declarare, ut cui or-  
bis terrarum & omnia sint subiecta. *βραχυτι*,  
scitis referendum non ad dignitatis imminutæ,  
sed temporis modum, quo uersatus est Chri-  
stus in terris. Sed de hoc alij fusius. Notemus  
hic quanti Deo sumus, quāq̄ ardentissime nos  
ab æterno dilexerit, ut filium suum unigenitum  
morti pro nobis exponeret, quo credentes in il-  
lum uitā habeamus æternam, gratos itaq̄ nos  
illi per omnia esse decebit.



In hoc enim quod ei subiecit omnia, nihil omisit illi non subiectū. At nondum uidemus illi omnia esse subiecta.

Incipit hic dictum psaltis interpretari, quasi diceret. Si uelis hic omnia iudaico more tantum exponere, uide quæso in quas te angustias intrudas, cū audis, omnia. Constat em̄ puro homini non esse omnia subiecta, etiam nec inferiores se creaturæ, Latebit itaq; quid sublimius, nempe in Christo redēptore nostro cui subiecta sunt om̄ia, qui omne dicit nihil excipit, certe erūt & angeli subiecti. Sed dicas hic. Atqui omnia illi subiecta nondum patet? Respondet. nihil hoc refert, si in præsentia non appareat, apparebit tamen in futuro, cum inimicos Christi, scabellum pedum ipsius positos uidebimus.

Eum uero qui pusillū quiddam diminutus fuerat infra angelos, cernimus Iesum, propter cruciatū mortis, gloria & honore coronatum, ut per gratiam Dei pro omni gustaret mortem

Iesum dicit eum esse, qui pusillū quiddā diminutus

nurus

nutus fuerat ab angelis. Pusillum hoc in quo sit, Quomodo  
Christus an  
gelis minor  
exponit cum dicit. Propter cruciatum mortis.  
Nam cruciatus & mors in humanam tantū na-  
turam, non angelicam incidere potuit. Sed dicas  
hic. Sane hoc me maxime offendit, quod audio  
Christum mortis ignominiam perpessum, quē  
tu tamen longe superiorem angelis facere cona-  
rus es. Respondet, tantum absit ut hinc offenda-  
ris, ut etiam summum hinc beneficium Dei in te  
agnoscas, qui morte filij ab æterna te morte li-  
berare dignatus est. Fateor quidem cruciatum  
mortis pertulisse, impossibile tamen fuit ipsum  
a morte detineri. Idcirco addidit: Gloria & ho-  
nore coronatum, mox enim ab ipsa cruce per  
resurrectionem declaratus est esse filius Dei, &  
indubie gloria & honor ille, quibus coronatū  
dicit dominum nostrum Iesum Christum, præ-  
cipue in eo est, quod omnia illi sunt subiecta.  
Ad hæc mors Christi, gustus uerius mortis, quæ  
per gratiam Dei pro omnibus nobis sponte sus-  
cepit, quàm mors ipsa dici debet, hinc Apосто-  
lus posuit, gustaret, & nō potius moreretur, cū  
& breuissima mors hæc fuerit, & toti orbi saluta-  
ris, ut qua una spes nobis sit certissima, gratos  
& acceptos nos esse patri factos. Voluit itaque  
Apostolus istis Hebræos ab offendiculo crucis  
liberare, perstat autem in eodem argumento,  
& dicit,

Deum  
ne culpat  
solum dicit

Decebat enim eū, propter quē  
sunt omnia, & per quē sunt omnia,  
ut multis filijs in gloriam adductis,  
principem salutis illorū per adflicti-  
ones sanctificaret: Quandoquidem  
& qui sanctificat, & qui sanctifican-  
tur, ex uno sunt omnes.

Propter &  
per quem,  
de filio se-  
re dicitur

Qui locum hunc enarrant, nō uidentur mihi  
proprie omnia examinasse, ut res ipsa exigebat.  
Nam paucis admodum conuenit, *αὐτῷ*, eum,  
quod hic ponitur, alij patrem, alij trinitatē, alij  
uerbum intelligunt, sed quā hęc sibi non satis  
constent, sequentia *δι' οὗ καὶ δι' οὗ*, propter quē  
& per quem, cuiq; manifestum faciunt. Nec em̄  
ista more scripturæ usitato, patri, sed filio cōpe-  
tunt, quēdamodū ex Ephl. Colof. & fere om-  
nibus Apostoli scriptis, facile est obseruare. Ve-  
rum nos filium orationis sequuti, certius am-  
bulabimus. Equidē hic simpliciter Christum in-  
telligo, qui esto ab æterno nō fuerit homo, Chri-  
stus tamen fuit, per quem omnia sunt, & ut su-  
perius dictū, per quem secula condidit, in quo  
sumus electi, antequam iacerentur fundamenta  
orbis, per quem deniq; instaurantur & quæ in  
coelis sunt, & quæ in terris. Neq; tamen me fu-  
git. i. Corinth. i. *δι' οὗ*, etiam de patre dici, ubi  
ait

ait: Per quem uocati estis in consortium filij ipsius, sed cooperantibus filio & spiritu sancto, & haud scio an uspiam aliás idem loquendi modus in apostolicis scriptis extet, qui non proprie de filio sit simpliciter exponendus. Certe multo magis proprie loquemur si dicamus, à patre, quam propter uel per patrem sunt omnia. Significat enim, per, fere medium quo agimus, & ita mediatoris Christi memoriam nobis subinde refricat, ut quo uno constet omnis salus & redemptio nostra. Interim tamē scis quod filius per omnia coequalis sit patri, & idem cum eo. Cyrillus negat *ἀντὶ* pertinere ad filium, nimirum ne occasione uideatur dare Nestorianis qui duos filios Dei seu Christos ponunt, & principem salutis saluandorū à Verbo perfici tradūt. Verum si exponas, ut, siue tanquam principem salutis illos per passiones sanctificaret, ruet eorum cauillus.

Vt multis filijs in gloriam ] Gloriam suam filius nunquam quæsiuit, sed patris. Ioan. 7 & 8. Vnicū hoc curauit ut pater nobis innotesceret, in quo sita est uita æterna. Hoc tamen fieri non potuit nisi in obedientia filij, hac em̄ sola nos in gloriā, nunc spe, olim re possidendam, adduxit. Cæterum, *τελειῶσαι*, ego non consummare aut perfectum reddere expono, sed sanctificare, consecrare, initiare. Sententia autem subobscura est, eo quod Græci soleāt casus proximiori uer-

*τελειῶσαι*  
sanctifico  
uide Com.  
Budaei.

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

ho iungere. Hoc uult dicere. Ne putes ò Iudæ  
 Christum recipiendum audiendumue minus,  
 eò quod carnē homo factus induit, & infra an-  
 gelos diminutus, cruciatus mortis pertulit. Sa-  
 nenon est quod offendaris. Decebat enim hoc  
 Christum, qui ab æterno à Deo præuisus est  
 ad hoc, ut per eundem, propter quē, & per quē  
 sunt omnia condita, omnia etiā reparent, refingā-  
 tur, instaurētur & uiuificentur. Nam si admittis  
 sapientia Dei cōditum mundum, quomodo ne-  
 gabis per eandem Dei sapientiam, eos qui peri-  
 erunt fuisse reparandos? Et quia sacrificium uel  
 sanctificatio sanguine & passionibus constabat,  
 certe nulla alia uia reparatio illa nostri constare  
 potuit, quàm sola morte Christi, quod Deus  
 medium ante conditum mundum præiuderat.  
 Quare igitur hoc Christum nō decuisset, ut mul-  
 tis filijs in gloriam adductis, se principem eor-  
 rum, quorum salus erat, per passiones sanctifi-  
 caret, maxime, cū is qui sanctificat, & qui sancti-  
 ficantur, eiusdē esse naturæ debent: valde enim  
 indignum est, ut alius peccet, & omnino alius  
 peccati penas luat: At qui arietes & tauri non po-  
 tuerunt sanctificare homines, nedum Deo pro-  
 illis satisfacere, puta alienę ab hominibus naturę.  
 Potuit ergo unus Christus homo factus, suo  
 nos sanguine emū dare ab omnibus peccatis, &  
 quemadmodum olim sacerdos eiusdem naturę  
 esse debuit cum populo, pro quo apud Deum  
 intercedebat

Oportuit  
 Christum  
 pati. Lucę  
 22.

intercedebat, atq; adeo passionum humanarum expertus, ut facile illi cōpati posset. Sic Christus alios sanctificaturus, non debuit omnino alienus esse ab his, quos sanctificare uoluit, sed familiaris, cognitus & eiusdem naturæ. Quod si talis factus non fuisset, qua certitudine quæso animi redēptionē & beneficia illius ad nos pertinere crederemus? quomodo unquam conscientia nostra de remissione peccatorum certificari potuisset?

Porro quod hic est, Ex uno sunt omnes, quidam ex Deo intelligunt, sed quid hoc fuisset humanitatem Christi ueram probare? Nec; einm hoc Iudei unquā negassent, ut qd nihil eos impugnet, sed Christum uerum hominem asserere, hoc offendebat. Tu simpliciter expone: Ex uno, homine uidelicet, non tamen eadem peccatrice natura, qua nos miseri mortales. Nam sanctū & immaculatum oportuit esse eum, qui alios emundare uoluit à peccatis. Quia uero ex uno sumus omēs, certe cōsectaneū est ut Christus sit frater noster & carnem nostram gestarit. Omnes dicit, & non utriq; , quod facit ad maiorem lucem eius quod probare intendit. Et est argumentum admodum efficax contra Valentiniā nos hæreticos, qui Christi corpus è celo lapsū, nihilq; ex Maria uirgine sumpsisse, impie audēc blasphemare.

Ex uno  
sunt omēs,  
quō intelli-  
gendum

quana

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

Quam ob causam non erubescit fratres illos uocare, dicens: Annuntiabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiae laudabo te. Et rursum: Ego ero fidēs in illo. Et iterū: Ecce ego & pueri quos dedit mihi Deus.

Significanter posuit hoc uerbum, ἐπαισχίσεσθαι. Nemo enim erubescere dicitur de re non erubescenda, quæq; nihil indignitatis in se habet. Quasi diceret. Abiecto & deuorato omni pudore, infirmos nos homines pro fratribus agnoscere & amplecti nō erubescit, eo qđ nostrā carnem assumens, fraternitatem nobiscum in hęc perpetuam. Quia uere cum Iudæis in lege eruditus loqui instituit, subinde quæ proposuit efficacissimis neruis testimoniorū probare pergit, quo omnia maiorem fidem mereantur.

Annuntiabo nomen tuum ] Tria adducit testimonia, quibus planum facit Christum in scripturis se fratrem nostrum uocare, Primum est ex Psal: 21. quem Hebræorum alij de decem tribubus exponunt, inier quos habitent Idumæi & Ismaelitæ tanquam fratres, ex Abraham uidelicet & Cetura originem ducentes: alij toti congregationi Israël adaptant, sed quàm nō apposite, cuiq;

site, cuiq; patere arbitror. De Dauid quidem ex  
 poni potest, sed sub typo. Admodum em̄ aper-  
 te Christi typum, hoc Psalmo Dauid se exhi-  
 bet, id quod nullus non ueterū testabitur, atq; si  
 nullum aliud argumentum sit, sufficiens tamen  
 fuerit, quod Saluator in cruce dependens, prio-  
 ra Psalmi uerba exclamauit, dicēs: Deus meus,  
 Deus meus, cur me deseruisti. Obseruandū autē  
 quod dicit: Fratribus meis, fratrem Christi uo-  
 cari, onino uox est magne cōsolationis & cer-  
 tissimæ spei, olim nos cohæredes fore Christi.  
 Confer cum istis, dictum Saluatoris, Ioan. 20.  
 Vade ad fratres meos, & dic eis. Adscendo ad  
 patrem meum, & patrem uestrum, Deum me-  
 um & Deum uestrum. Intelligit autem per fra-  
 tres, Apostolos & quotquot eadem fide Chri-  
 sto coniuncti sunt. Antea nō ita propriæ creden-  
 tes sibi, fratres nominauit, atq; postea factum,  
 ubi eadem cum illis natura participauit. In eo ue-  
 ro quod dicitur. Annūciabo, dignitas illius con-  
 sideratur, est enim dux uitæ, princeps saluando-  
 rum, primogenitus ex mortuis, caput ecclesie &  
 in omnibus primas tenens, utpote omniū crea-  
 turarum dignissimus. Unus ipse nobis iam fra-  
 tribus suis Dei nomen, bonitatem & uirtutem  
 patefecit, & celebre in Ecclesia reddidit, tanquam  
 princeps huius, dum spiritū suū tam opulente  
 in nos effudit, Euangelium toti mundo annun-  
 tiari fecit, & ingentem materiam laudandi Deū  
 nobis.

Frater  
 Christi ap-  
 pellari.

nobis



ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

nobis suppeditavit. Nam nemo nouit patrem, nisi filius, & cui ipse uoluerit reuelare. Mar. 11.

Ego ero fidens in illo ¶ Secundum testimonium desumptū est ex Esaiæ. 12. Adduxit autē hunc locū iuxta. LXX. sicut ferè omnes, ubi sic legit *ἰδοὺ ὁ θεὸς μου ὁ σωτὴρ μου περιδῶς ἔσομαι ἐπ' αὐτῶν*. Ecce Deus meus saluator meus, ero fides in illo. Hebræus habet: Ecce Deus salus mea, confidam & non timebo. Si de Deo exponas testimonium, non proprie feceris, competit enim Saluatori Christo, quia tamen uox est totius ecclesie, cuius caput Christus est, recte & capiti tribuitur quod erat corporis. Ergo *ἐμφατικῶς* legendum est, ut intelligas, deficientibus alijs, ipsum tamen adhaesurum domino, confisurumque in illo. Cæterū fidere Deo, hominis est, non Dei, qui ipse in se confidere, proprie dici nō potest, ergo uerus homo Christus sit, necesse est.

Ecce ego & pueri quos ¶ Tertium testimoniū & magis proprium, est ex Esaiæ cap. 8. quo similiter probat Apostolus, Christum carnis nostre participem, & sic fratrem. Loquitur autem eo loco Propheta sub persona Christi cum primis, quamuis ad ecclesiā, quæ illius corpus est, referri etiā posse nemo dubitet. Ecce, uox est obedientiæ, & eorum qui præsto sunt ac parati in obsequium Domini. Christus enim præ omnibus, sicut præceptum ei dedit pater, obediens fuit; nosque accepit à patre, ut hereditatē suam,  
utique

uti oves sibi datas, uti peculiū suū. Certe quos pater illi dederit, nemo auferet de manu eius. Vocat autē Propheta Apostolos & omnes electos, filios ac pueros, quos sibi Dominus dederit, sed sub persona Christi, quasi diceret, Christus, ego puer cum alijs pueris, ego seruus Dei cum alijs seruis Dei. Adnumeramur ergo nos illi per carnem, & uicissim ille nobis.

Posteaquam igitur pueri cōmeritiū habent cum carne & sanguine & ipse similiter particeps factus est eorundem, ut per mortem aboleret eū, qui mortis habebat imperiū, hoc est, diabolus, & liberos redderet eos, quicumq; metu mortis per omnem uitam obnoxij erant seruituti.

Quod neminē debeat offendere, Christum filium Dei inferiorem angelis factum, et ex uno esse nobiscum, adeoq; fratrem nostrum, uarijs scripturarum testimonijs Apostolus hactenus probauit. Nunc autem & alias rationes adfert, quibus idem pertractat, dum ex uoce pueri, colligit eum participem factū nostræ naturæ, Nō enim dicuntur pueri alicuius, siue nati, nisi qui naturæ cum ipso consortium habent. Idem iudicabit

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

**Cōmunitio** iudicabis de uoce, frater, qui non est nisi fratris  
**nostra cum** frater. Ita Christ<sup>9</sup> unus ex nobis factus est, caro  
**Christo,** de carne nostra, os de ossibus nostris, id quod  
 est magnum sacramentum. Ephes. 5. Christi ca-  
 ro in nobis est, & nos in ipso. Quod si carnem  
 Christi uere in nobis habem<sup>9</sup>, habebim<sup>9</sup> & spiri-  
 tū Dei inhabitantē in nobis: iam si spiritus ei<sup>9</sup>,  
 qui excitauit Christū à mortuis habitat in nobis  
 is qui excitauit Christū ex mortuis, uiuificabit  
 & mortalia corpora nostra, propter ipsius spiri-  
 tū inhabitantem in nobis. Roma. 8. Ineffabilis  
 est plane hęc cōmunitio, quam Christ<sup>9</sup> caput, &  
 electi membra ipsius erga se inuicē habent. Vnde  
 de hac uetustiores Theologi, Irenæus, Tertu-  
 lianus, Ciprianus & alij satis auguste loqui nō  
 possunt. Dolendum uero, ut quod maxime, esse  
 qui hoc uel nesciant, uel probe perpēdere nolint  
 Vt per mortem aboleret ] Est causa, aut si ma-  
 uis causæ superioris expositio, cur hominem as-  
 sūperit, quasi diceret, nisi ita humiliatus, & pa-  
 tri obediens ad mortem usq; fuisset, diabolus  
 non fuisset uictus, uel si uictus, nostræ tamen cō-  
 scientiæ admodum sauciæ, eius non potuissent  
 certo persuaderi & pacificari. Voluit ergo Chri-  
 stus per passionem atq; adeo mortem suā, mor-  
 tis & autorem & principem diabolum abolere,  
 hoc est, potestate nocendi exuere, id quod sequē-  
 tibus uerbis ipse aperit cū dicit: Et liberos red-  
 deret eos &c. Miserrimum est morti esse obnoxio-  
 um, sicut

um, sicut & mortis metu excruciarī, atqui ab utroq; Christi beneficio liberati sumus. Christi em̄ morte, mors ipsa sublata, diabolus devictus, & infernus credentibus est destructus. Perpende hic quæso, quantum in Christo acceperis beneficium, ut illi gratus sis & per omnia innocens uiuas, peccatum odias, charitatēq; erga omnes secteris.

Porrō homo quā erāt perditionē, diabolu uincere non poterat, nedum morrem, quæ illius inuidia intrauit in mundum. Iam Angelus nō potuit pro homine satis facere, puta immortalis naturæ. Hominem ergo oportuit satisfacere p̄ hominibus, sed talem qui & uellet & posset, nō potuisset autem nisi filius Dei fuisset & diuinæ naturæ. Quia Christus mortuus est & resurrex̄it, certi sumus mortem esse abolendam, non potuisset autem mori, nisi fuisset homo factus, neq; resurgere & redimere, nisi fuisset innocens et Deus. Hoc demum est solatium p̄ns certissimū, se in gratiam Dei iam per Christum receptos, & illius spiritu clamare posse, Abba, pater. Nō dicit autem: Aboleret mortem, sed eū qui mortis habebat imperium diabolū, ut autorem peccati, sic etiam mortis. Nam si Adam non paruisset decipienti Satanæ, in peccatum nūquam incidisset, si non in peccatum, neq; etiam in mortē. Christus itaq; absq; omni peccato quia erat, uicit diabolū. Hinc est illud Ioan. 12. princeps

Quantum  
beneficium  
in Christo  
acceperis  
mus.

Christus em̄  
abolū uicit.

F

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

mundi eiectus est foras . & 14 . Venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquam. Et quamuis nihil in Christum habuit, uenit tamē, & tyrannidē suam in illum exercere sedulo conatus est, cum misit in cor Iude Simonis Iscariotæ, ut eum proderet, de inde cum principes sacerdotum & phariseos huc insanie perduxit, ut illum iniuste accusarent, postremo cum Pilatū permouit sententiam mortis in illum, si non ferre, permittere tamen innocentem perditū iri . Verum ubi iam deuicta morte resurrexit, diabolus confusus est & mors deuicta . Iuxta illud Osee, Ero mors tua o mors & morsus tuus inferne . Vult dicere Apostolus, morte usus est tanquā instrumento ad expugnandum Satanam, & regnū ipsius, quod est hic mundus, qui totus in maligno positus est, puta uoluptatibus, uana gloria, incertis diuitijs, uarijs cupiditatibus, & huius generis alijs . Iam qui Christum unicū saluatorem & agnoscunt & colunt pura mēte, mundum cum ijs quæ in eo contemnunt, peccatum refugiunt & illius seruituti se eximunt magis ac magis, donec occurrant in uirum perfectum in Christo & uita æterna perfruantur, sic etiam ipsi morti, diabolo & inferno preualebunt in eo qui dixit: Confidite, ego em̄ uici mundū . Querat hic, quomodo dicitur diabolus habere mortis imperium: Respondeo in eo, quod homines uarijs ducit cōcupiscentijs, ad peccandum instigat, pecca

Osee. 13.

Christo credentes preualent omnibus.

gat, peccantes sibi addictos tenet, seruos peccati facit, atq; adeo filios mortis & gehennæ. Imò occidit animas. Vnde & homicidia dicitur fuisse ab initio. Opus itaq; fuit Christo, ut sua morte hunc cōficeret, & potestate in filios Dei exueret.

Et liberaret eos, quicūq; ] Huc sermo tendit, ut sciamus morte Christi, diabolum & mortem deuictum. Nam credentes Christo habent uitā æternā & in cōdemnationem nō ueniunt, imò transferunt iam à morte in uitam. Ioan. 5. Cæterum Apostoli uerba met exponunt, quomodo diabolus sit uictus, nempe cū illius seruitute exempti in ueram liberalitatē asserimur. Hoc autē fit per unum Christum ipso attestante Ioan. 8. Si filius uos liberos reddiderit uere liberi estis.

Qui ualde mortem exhorrescunt, se ipsos nimium amant, & Deo quodammodo repugnāt, minus hilari animo bonis operibus insistunt & ad mortis uel mentionē trepidant, tam chara illis est hæc lux. Et sane non est mirum. Nam qui futuram uitam nesciunt, non possunt non totis animis in hanc ferri, utcumq; calamitatibus plena sit. Ad hæc nisi uita hæc præfens spe futuræ uitæ, adeoq; resurrectionis, pñs benignitate Saluatoris edulcaretur, quomodo non supra modum esset amarissima? Quid mirum igitur spe resurrectionis destitutos per omnem uitam metui mortis esse obnoxios? Verum hunc metum Christus sua morte abstulit, uictorq; omnium

Vitam alii  
nescientes,  
hanc unice  
deamant.

euasit, idque non tam sibi sed nobis.

Ante Chris-  
tum mors  
horrenda  
erat.

Qui præcesserunt aduentum Christi, magna mortis formidine correpti sunt, cuius uel Abrahamæ factū, exemplo est, Gene: 12 & 20: ubi Sarā in iurijis exponere nō erubuit, ut se periculo mortis eximeret. Nam mortis tum nōdum soluta erat tyrannis, neq; aculeus eius hebetatus. Idem etiā colligere est ex promissionibus carnalibus & minis Iudæis in lege factis. Nos autem qui Christum in carnē uenisse credimus, & morte deuicta resurrexisse, considerareq; iam in cœlestibus spem nostram ita fulciamus, ut dicamus cum Apostolo, quod neq; mors, neq; uita, neque angeli & cetera neq; ulla creatura alia possit nos separare a dilectione Dei, quæ est in Christo: Inō cupiamus dissolui & esse cū Christo. Rom: 8. Phil: 1.

Non enim uidelicet angelos assumit, sed semen Abrahamæ assumit.

Christus uere nostram carnē assumpsit.

Vult dicere. Si naturam angelicā assumpsisset, nondū spes nostra confirmata esset, neq; enim a timore mortis fuisset liberi, multo minus a diabolo & morte ipsa. Voluit ergo Christus uere humanam naturam & semen Abrahamæ assumere, ut sic spem nobis faciat placati patris erga perditum mortalium genus, quod tā arden- ter dilexit, ut etiam angelos huic postposuerit. Chrysostomus diligenter intendit in uerbum ἐπιλαμβάνεται, quem legisse hic nō nocuerit.

In eo

In eo quod dicit: Non assumit angelos, taxantur Origenistæ, qui uolunt angelos & demones peccantes saluari, cum tamen hos non dignatus sit liberare, sed hominem cuius naturam assumpsit, in eaq; mediator em se Dei & hominū declarauit.

Contra Origenistas.

Nota hic quod dicit: Semē Abrahæ assumit hoc est, naturam filiorum Abrahæ. Nemo dicat quod ex semine humano conceptus sit, sed ex spiritu sancto, neq; enim Maria dedit semen sed spiritus sanctus, qui superuenit in eā, & uirtus altissimi quæ illi obumbravit. Qua propter & quod natum est sanctum, filius Dei fuit, attestante angelo Luce. 1.

Propter hoc, quod ex uirgine Maria assumpsit Christus, ipsaq; ad incrementum huius conferre potuit, uere filius hominis dicitur, & ex semine Abrahæ: Verum propter hoc, quod è spiritu sancto conceptus est, magnus, sanctus, & filius altissimi uocatur & est, adeoq; regnat super domum Iacob in æternum, & regni eius nullus est finis Luce. 1. Neq; enim consentimus Valentinianis, qui dicunt Christi corpus cœleste esse, seu de cœlis lapsum, nisi uellemus ueram humanitatem in eo negare, quod esset sūme blasphemum. Concipere in utero, & parere, in scripturis, uerum partum significant. Ita exponitur illud. 1. Corin. 15. Primus homo de terra terrenus quia corruptioni obnoxius, secundus homo

Quare Christus filius hominis, & filius Dei dicitur.

Hanc heresim Melch. Hofman reuocaturus ualidiss. argum. per M. Bucer. edito libello oppugnauit.





ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

ipse Dominus de caelo, eo quod ex spiritu caelesti conceptus sit, neque tamen propterea negandum eum vere hominem factum. Suis uerbis autem dicit, homo, quia Mariam matrem habuit, quae omnia muliebria opera, & quae mater cuiusque prestare potest, illi exhibuit. Verum haec obiter. Tu obserua locum, quem tractamus, & erit tibi uice munimenti contra multorum errores & haereses, hoc tempore suppullulantes.

Vnde debuit per omnia fratribus similis reddi, ut miseriors esset & fidelis pontifex in his, quae apud Deum forent agenda, ad expiandum peccata populi.

Christus  
omnia infirmitatis  
natura pertulit.

Quia semen Abrahamae assumpsit, & non angelos, hinc est, quod uere frater noster est, nobis per omnia similis, natus est, fasciis inuolutus est, in praesepe reclinatus est, passus est, circumcisus est, acceptus est in ulnas, succreuit, corroboratus est spiritu, profecit sapientia & aetate, esuriuit, sitiuit, fleuit, lassatus est, gauisus est, ira & indignatione commotus est, indoluit, contristatus est, tentatus est, denique qua erat nobiscum in firmitate, etiam mortem pro nobis ultro subiit, tamque ignominiosissimam. An non hoc est per omnia fratribus similis reddi? Certe est, uno tamen excepto

men excepto quod diabolo non cessit, & peccatū nō fecit. Ex his facile credēti cuius patebit, quod tentationes, dolores & trepidationes ex morte, uere etiam animam Christi pertigerunt, sicut & Euangelistę abūde testati sunt. Voluit enim perfectissime pro nobis pati, & omnia infirmitatis nřę experiri, ut certissime eū fratrem nostrū sciremus. Horror & metus mortis in nobis quidem peccatum est, sed in Christo non item.

Vt misericors esset ¶ Aliam causam ponit incarnationis & fraternitatis, nempe ut nos eo promptiores essemus ad credendum illi, cū audimus eum tam misericordem & fidelem in promissis seruandis pontificē, qui tanto studio pro nobis apud patrem intercedit, illū nobis placat & peccata populi sui suo sanguine expiat. Potuisset quidem Deus uno uerbo nos saluare & ex morte, in quam nati, eripere, sed nos nunquam satis intrepide potuissemus credere, nedum in cordibus diuinę beneuolentię certificari. Voluit ergo hac redemptionis uia longe optima incredulitati nostrę succurrere, & salutis æternę ita nos quā certissimos reddere.

Nam ex hoc quod ipsi contigit tentatum esse, potest & ijs qui tentantur succurrere.

Voluit ten-  
tari ut ten-  
tatos suble-  
uaret.

Misericordem, pontificem nostrum Christū dixerat, hoc nunc ratione ista confirmat. Misericors & συμπαθής natura magis est, qui miseriae & pericula, eaque omnis generis expertus est, quam qui non: isti enim fere duriores sunt, & nullo affectu misericordiae ducuntur erga eos, quos calamitatibus & malis premi conspiciunt. Atqui talis noster hic non est, qui per omnia tentari uoluit, & periculum infirmitatū nostrarū subire, quo melius tentatis nobis, & malis hinc inde misere iactatis subsidio esse possit. Eandem sententiam sub finem, 4. capitis iterum repetere non dubitauit, nimirum ut altius, tanquam praesens consolamen mentibus adflictorum infigeret. Quo autem magis eum nostris malis affici persuasi sumus, eo magis fides nostra in illum augetur & robur suum acquirit. Certe Euangelicae & Apostolicae literae huc nullibi non uocant, hinc ut affectum hunc Christi ergo nos exprimerent ineffabilem, tam crebro utuntur uerbo *σπλαγχνίζομαι*, quod significat uehementissimo & imo misericordiae affectu tangi. Tantum de hoc capite,

C A P V T III,

Vnde fratres sancti, uocationis caelestis participes, considerate Apostolum & pontificem confessionis nostrae

strae

stræ Christū Iesum, quod fidelis sit  
ei, qui ipsum constituit quēadmodū  
& Moses in tota domo ipsius.

Quia superius Christū fratrem nostrū proba-  
uit, cū dixit: Narrabo nomē tuū fratribus meis  
&c. noluit hic dicere, fratres mei, sed facti & uo-  
cationis cœlestis participes, ut illos non ad se,  
sed Christū seruatorē respicere faciat: Et indu-  
bie ideo tā magnificis eos cōpellat titulis, ut dig-  
nationis Dei, salutisq; in Christo acquisite, me-  
moriā illis refricet. Quasi diceret, uos qui fra-  
tres Christi estis, facti, id est factificati & purgati  
illius sāguine, cœlestis uocationis participes id  
est uocati ad cœlestē societate, perpēdite quēso  
quāra hęc uestra sit dignitas, quam in Christo  
accepistis, in hunc mētis oculū infigite, & nimi-  
rū nō erit periculum uos uel perfluituros, uel in  
uerbo crucis offēdiculū passuros, nedū quēcūq;  
huic prēluros.

Apostolū siue legatū uocat Christū, & bene  
quidē. Nā ipse se missū dicit ad oues, quę perie-  
runt domus Israël, & apud Ioannē admodum  
multus est in missione sua Iudeis incredulis in-  
culcanda, Pontificem uero, eo quōd uerus inter-  
cessor siue mediator sit Dei & hominum, ho-  
mo Iesus Christus, ut est. 1. Timothe. 2. Verum  
qualis pontifex sit, latius infra capite. 5. parebit.

Christus  
apostolus  
dicitur.

Pontifex  
dicitur.

Addit autem confessionis, uerum ea non est

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

uulgaris illa & papistica, sed professio fidei & religionis nostræ, nempe quod Christiani, sancti, & ad societatem cœlestem uocati. Sed unde hoc scis? quis tibi annūciauit? Apostolus & pōtifex noster Christus, hoc enim mediatore & doctore omnia ista obtinemus. Merito itaq; cōsideremus quis & quantus sit, à quo tanta accipimus, ne unquam in oculis nostris eius nobis uilescat autoritas.

Christia  
nus quid.

Notabis hic obiter quid Christianus sit, est frater Christi, sanctus, & uocationis cœlestis socius. Admoneamur ergo nomine ipso ut simus quod audimus, & Seruatori Christo qui sanguine suo nos sibi comparauit, digne uiuamus.

Christus  
Mose præ  
stantior

Quod fidelis sit ei, qui ¶ Quemadmodū prioribus capitibus, Christum filium Dei & præcellentiorē angelis esse probauit, ita hoc & sequenti, eundem Mose præfert, ut sic colligat Christum quā religiosissime audiēdum esse, hoc qui nō faciat, grauitè sit puniendus, adeoq; ē populo Dei exterminandus. Tacite autē, sicut & supra monuimus ab initio, alludit ad prophetiā Deuter. 18. & Acto: 7, ubi legimus: Prophetam suscitat uobis Deus uester è fratribus uestris, similem mei, illum audietis &c. Considerare autem Hebræos uult præcellentiam Christi, quā præ Mose habet, quos inter se collaturus dicere uult. Fateor & lubens quidem, quod Moses fidelis fuit, & certissimus uates in domo seu ecclesia Dei

fia Dei, & huius imperium cōtempfisset, dignas luere pœnas debuit, sed & Christus noster fidelis est illi qui se constituit, quiq; se audiendū ut dilectum filium cœlitus, iussit, hunc qui contemner, quomodo ultionem Dei mortemq; præsentissimam effugiet? Certe si de fide Mose non dubitatis, multo minus de fide Christi dubitare potestis, ut qui infinitis partibus hunc excedit, & fallere ne potest quidem, tantū abest ut uelit. Nihil ille uobis contulit, quod in Christo non plenius accipiatis, si fide suscipere hunc libear.

Nunc per antitheses Mosen & Christum cōparat, multis tamen nominibus Christum, ut par fuit, præferens, dicit.

Tanto namquæ maiore gloria q̄ Moses hic dignus est habitus, quanto maiorem habet honorem, is qui construxit domum, quàm ipsa domus. Omnis enim domus construatur ab aliquo. Porro qui condidit omnia, Deus est.

Sensus est, Non abhorretis à Mose, sed illi tanq̄ uiro Dei per omnia creditis, multo minus à Christo licet crucifixo, abhorrere uos cōuenit.

Moses

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

Moses quidem gloriā habet, sed qualē creatura  
 Christus uero ut creator. Moses in populo uer-  
 fatus est, sed tanquam portio seu pars domus,  
 hoc est populi Christus uero ut architectus &  
 cōstructor domus & familiæ Dei, habeat ergo  
 ampliōrē hac gloriā sicut & p̄cellētiōrē dignita-  
 tem, oportet. Porro in hoc quod dicit gloriā,  
 uidetur alludere ad id quod legimus. Exod. 34.  
 de uultu Mose resplendescēte, de quo etiam. 2.  
 Corinth. 3. Quod si administratio mortis in li-  
 teris, deformata in faxis fuit in gloria &c. Valde  
 sane gloriosus fuerat Moses, nā ore ad os Deo  
 loquutus est, quæ dignitas & gloria nullis ex  
 prophetis item contigit. At lōge gloriosior hoc  
 Christus est, qui in monte Tabor aliquo modo  
 splendorem propriū discipulis reuelauit. Mat.  
 17. Splendor uultus Mose, nihil aliud fuit quā  
 umbra ueritatis, quæ ueritas in Christo est, un-  
 de & longe ampliōr in eo splendor & gloria  
 quā in Mose apparet. Non igitur est q̄d quis  
 quā humiliter sentire debeat de illo, quā  
 superior sit Mose & omnibus hominibus, quā  
 to superior est architectus domo à se cōstru-  
 cta. Argumētum autem est a maiore dignitate.  
 Porro qui cōdidit om̄ia ] Significationē hoc  
 dictum habet, Christum esse Deum. Conditorē  
 namq; domus Dei eum hic predicat, Sensim au-  
 tem ad hoc peruenit ut Deū dicat, forte animos  
 illorum ita premolliturus, ne offēsi in hoc sta-  
 tim resilirent

Quæ glo-  
 ria Mose,  
 & quæ  
 Christi

Christus  
 Deus

tim resilirent, & fidem in Christum auersarētur.

Et Moses quidem fidelis fuit in tota domo illius, ueluti minister, in testimoniū eorū quę post dicenda erāt. At Christus tāc̄q; filius admini-  
strauit domum ipsius, cuius domus sumus nos, si fiduciam & gloriatio-  
nem spei ad finem usq; firmam tenuerimus.

Alia antithesis est Mose & Christo, quā tamē similiter Christum denud Mose longe præfert. Verum est, inquit, Moses fidelis admodū fuit in domo Dei, sed tantum ut minister, Christus uero fidelis, nō ut minister, sed ut filius, quantū iam inter ministrum seu seruum & filiū distat, tantum inter Mosen & Christū. Poterat Moses ut seruus ē domo eñci, sed Christus non itē, manet enim filius in domo in æternum. Ioan. 8.

Vmbra fu-  
tutorū ut  
Mose.

In testimoniū eorū ¶ Hic indicat, quæcūq; per Mosen facta sūt, umbram futurorum gessisse, nempe ueritatis, quæ subsecuta est in Christo Iesu Dño nostro. Vnde Ioan. 1. Lex per Mosen data est, at gratia & ueritas per Iesum Christum. Sic tabernaculum, propitiatorium, sacrificia, altare, sanctum sanctorum, future ueritatis delē



Domus dei,  
nos.

tis deliniationem quandam gesserunt & typū  
Cuius domus nos ] Explicat ipse de qua do  
mo loquatur, Nos inquit, domus de qua dixi  
mus sumus, si quidem uere credimus, inhabitat  
enim nos Deus per gratiam suam. Porrò usita  
tissimū est in scripturis, credentes dici templum  
Dei, domū Dei, habitaculum spiritus sancti ut  
patet. 1. Corin. 3. 6. 2. Corint. 6. & alibi. Cæterū  
ne quis uane gloriē de hac domo, admonet cō  
stantiæ & perseverantiæ. Nam, ut Saluator in  
quit, qui perseverauerit usq; in finem, hic saluus  
erit. Nō satis est bene incepisse, oportet etiā in eo  
quod bene ceperis perseveranter pergere, si mō  
do premium expectare uelis. *ωαγορῶν* liberta  
tem seu fiduciā loquendi significat: ostendit au  
tem libere, palam & intrepide ueritatem esse cō  
fitendā. Nā ille inquit: Qui me confitebitur cor  
ram hac generatione adultera & c.

Perseueran  
dū ad finē

Quapropter sicut dicit spiritus il  
le sanctus: Hodie si uocem eius au  
dieritis, ne obduretis corda uestra  
sicut in exacerbatione in die tentati  
onis in deserto, ubi tentauerunt me  
patres uestri, probauerunt me & ui  
derunt opera mea quadraginta an  
nis, Quapropter infensus erā gene  
rationi

rationi illi & dicebā. Semper errant corde, ipsi uero non cognouerūt uias meas, sicut iuravi in ira mea, si ingressuri sunt in requiem meam.

Omnia uerba ad scopum præcipuum referenda sunt ei, qui autorem probe intelligere uellet, is autem est, Christum esse audiendum. Reuoca hic in memoriam initium secundi capitis. Propterea oportet nos uehementius attendere ijs quæ dicta sunt nobis, ne quando perfluamus, nunc in eodē argumento pergit, periculū summū non audituris exponens, idq̄ sub exemplo patrum. Testimonium hoc citat ex Psalmo 94. *Uō* hic nihil inferre uidetur, sed cōnectit tantū. Significāter autē hic posuit, spiritus s: & nō David, cuius uerba sunt, nimirū ne putēt hominis esse cōmentū, cui⁹ uerba cōtēpsisse nō nuncq̄ impune est, sed x̄bū Dei, atq̄ adeo spiritus s: qd cōtemnere, nunquā inultum permiserit Deus.

Hodie si uocē ei⁹. Verba hæc ponūt in psal. aliquāto diuersus, quā hic citant, explicātur autē ab Apo: quā pulcherrime. & tantū non ob oculos ponit, quantū malū sit incredulitas, qd exacerbatio, qd tēratio & prauū cor, ob quæ a terra pmissa & requie excludimur. Ei⁹. i. Dei, sic & Christū Deū intelligēs. Ne obduretis, id est ne sitis increduli et imp̄suabiles deo quēadmodū patres.

Scopus ep̄i  
solæ.

Duplex  
auditus  
uerbi.

patres

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

patres in deserto, maxime cum nos augustior  
Euangelij uox huc inuiter, quod si audire noli-  
tis, ne dubiteris dominum non audientes puniē-  
dos & quidem grauissime.

Decies po-  
pulus deser-  
uit & rebella-  
uit.

Sicut in exacerbatione ¶ Locus tentationis,  
hic exacerbatio dicitur. Numeri. 14. historiam  
habes, & quod Deus ipse conqueritur se decies  
à rebellī populo tentatū, quod & in libris Mose  
reperire est, tamē non dubium est quod pluri-  
bus modis eum tentarint. Nam incredulitas  
fructus suos perpetuo occultare non potest. In  
signiores autem decem audimus.

Probauerunt & uiderunt ¶ Hoc dicit. Quam-  
uis uarijs modis omnipotentiam meā illis cog-  
nitam reddidi, beneficijs & pœnis affecti, tamen  
ita obstinati usq; fuerunt, ut à cordis induratio-  
ne desistere ne cogitarent quidem. Hebræi ad se-  
quentia connectunt,

Quadragesima annis: ¶ Apostolus uero ad  
præcedentia, uulgatam æditionem secutus.

Quapropter infensus fui. ¶ Vult dicere, Ig-  
nouī eis, meāq; longanimitate errores illorum  
licet grauissimos pertuli, putans fore ut tandem  
in se reuersi in uia redirent, sed illi usq; errarunt  
corde, neq; uias meas cognoscere uoluerunt,  
imò patientia & longanimitate mea abutentes  
pertinacius in peccatis suis progressi sunt,

Vnde iuravi in ira mea, ¶ Profecto nuncq; in-  
gressuri sunt in requiem meam. Si abruptum  
est iura

est iuramentum, quasi diceret hoc uel hoc eueni  
at mihi, si ingressuri sunt in requiem meam.

DN Si ab  
rupti iura/  
mēti nota.

In ira ] Deus propter imbecillitatem captus no  
stri, sumit sibi affectus humanos, quo indicat  
illos magna ira dignos fuisse, ob stupendam  
istam cordis duriciem. Quod autem grauissi  
me peccarint ex pœna inflictâ colligitur. Nam  
duobus, Iosue & Caleb exceptis, omnis multi  
tudo, quæ egressa fuerat ex Aegypto prostrati  
sunt in deserto & à terra promissionis prohibiti  
posteris tamen eorum introduxit. Tam graue  
peccatum est, uocem Dei nolle audire, neq; fide  
imbibere. Verum audiamus Apostolū ipsum,  
Nam singula diligentissime explicat, in quo ob  
seruemus & nos modū explicandi scripturas.

Videte fratres, ne quādo sit in ul  
lo uestrū cor prauum, obnoxium in  
credulitati, ut desciscat à Deo uiuen  
te : Sed exhortemini uosmetipsos  
quotidie, quoad appellatur dies ho  
diernus, ne quis ex uobis induretur  
seductione peccati.

Quæ in hoc & sequenti capite sequuntur, ferè  
omnia ad prophetici dicti explanationem dicta  
sunt. Complectitur autē ueluti cōpendio sum  
mā prædictorū admonitione hac, ut uidelicet

G

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

ante omnia caueamus ab incredulitate, tanquā  
 præsentissimo exitio nostro. βλέπετε, Videte,  
 circumspecti estote, nā summum hic periculū  
 incumbit negligentioribus. Cor prauū incre-  
 dulitatis, id est, cor incredulū, uel ipsa cordis in-  
 credulitas, quæ plane cor reddit impium & pra-  
 uum. Vbi cor, arbor ipsa, malum fuerit, qui bō-  
 ni fructus prouenire possunt. Moneo ergo tan-  
 quā frater fratrem circumspecti sitis, ne uos pe-  
 ftis hæc subito opprimat. Vt desciscat à Deo  
 Vide quis sit fructus incredulitatis, auelli & defi-  
 cere à Deo uiuente, fonte & autore uitæ. Quia  
 uero incredulitas, apostasiā hāc à Deo inducit,  
 in quo uiuimus, mouemur & sumus, consecra-  
 neum est, infideles omnes mortuos & uitæ di-  
 uinæ priuatos esse. Nam extra Deum, ut nō est  
 salus, ita etiam neq; uita.

Sed exhortemini ἡπαρεκαλεῖσθε, inter alia sig-  
 nificata, excitare, extimulare seu instigare signifi-  
 cat, sicut boues excitantur stimulis. Hinc παρεκα-  
 κλητος, excitator, extimulator & instigator di-  
 citur, incitat enim & inflamat hominem ad bo-  
 na opera perficienda; non tamen nego etiam ad  
 uocatum & consolatorē dici. Quidā ἐαυτοῦς  
 hic exponunt, uos inuicem, malo legere, exhor-  
 temini nosmetipsos, ut dicat. Cauete ab incre-  
 dulitate, & date omnem operam ut sit in uobis  
 uera fides, idq; non per unum atq; alterū tantū  
 diem, sed quo ad appellatur dies hodiernus.

Tanto

παρεκα-  
 λεῖσθε  
 παρεκα-  
 κλητος  
 quid.

Tanto autē tempore nobis est, hodiæ siue dies hodiernus, quanto tempore Deus nobis loquitur, ad pœnitentiã inuitat & corda nôstra pulsatur: Audite igitur & aperite illi, quo ultionem illius effugiatis. Sunt qui dies omnes sæculi huius uel tempus Euangelij, per, hodie, intelligunt, uerum cum illis non contendero. Viderur tamen prior sensus simplicior. Quod si dicas, quomodo ego præcauebo, ne in me sit cor incredulū? Incites te ipsum ad fidem, atq; adeo stimulos excitantis te spiritus, ut uocem Dei, agnosce & amplectere. Vult enim Deus nos cooperarios ad salutem nostram perficiendam assumere. Et profecto, quando & nobis hæc sunt scripta, tempus est ut somnolentiam istam excutiamus, animumq; à torpore uindicemus, atq; à puluere terrenarū rerum eleuatos, superna quæramus. Neq; enim tuto longanimitatē Dei usq; contempserimus hac nostra ingratitude perrecturi.

Seductione peccati | Idest seductorio peccato. uel fallaci. & est Hebraismus, quemadmodum illud: spiritus sanctificationis, idest sanctificans spiritus &c. Seductorium autē seu fallax peccatum ideo dicitur, quod imponat hominibus, dum sibi falso impunitatem promittunt, si biq; persuadent Deum sua peccata uel ignorare uel non curare. Verū aliter longe spiritus sanctus docet, nempe illum unicuiq; secundū opera sua redditurum, & hoc filios Dei in timore & tre-

Peccatum  
seductoris  
quare.

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

more retinet, ne carni suæ ex peccatis conflatae fræna nimium laxent. Sic Adā in paradiso, ubi dubitasset de eo, quod Deus dixerat, morte ipsum moriturum, si de fructu prohibito comedisset, seductus est atq; peccauit. Pergit iam in admonitione & dicit.

Christi participes facti sumus, si sane initium substantiæ usq; ad finem firmum tenuerimus.

In hunc modum uult ut singuli sese exhortentur & extimulēt, qđ facti sint Christi participes. Soletur nos maxime, quod, Christus frater noster, patri nos reconciliauit, regnum cœlorum aperuit, & omnium bonorum participes nos fecit. Horum tamen tum demum capaces erimus, si fide solida perstiterimus ad finem. Resurrexit Christus & resurgemus & nos, Si enim caput resurrexit, cur non etiam membra resurgent, & si sponsus, profecto etiam sponsa. Tam em̄ abest ut caput sit absq; membris, quā abest, ut quis sit sponsus absq; sponsa, ut quæ una caro cū illo est. Cæterum quia Christi participes illos dixit, ne ignaui hinc fierent, cōmodum subdit: Si quidem initium substantiæ, id est, fidem semper subsistentis ac beatę uitæ, ad finem usq; firmum tenuerimus. Fides certe semē illud est, quod copiosissimum fructū affert, & dat, ut imperterriti à malis sæculi

his seculi, ualeamus subsistere, & firmam tenere confessionem.

In hoc quod dicitur: Hodie si uocē eius audieritis, ne obduretis corda uestra, sicut in exacerbatiōe. Nā quidam cum audissent, exacerbaerunt, at non omnes qui profecti fuerant ex Ægipto per Mosen.

Exponit hic dictū Psaltis, innuens quod minæ istæ ad impios & incredulos proprie pertinent. ἐν τῷ λέγεισθαι. Græci prepositiones infinitiuis præponunt, sicut nos gerundis. Idem autē uidetur, ac si dixisset, secundū hoc quod dicitur. Hodie &c.

At non omnes ] Quasi diceret, hoc iuramētū Dei. Si introibunt in requiem meam, nō ad omnes pertinet, sed ad quosdam tantum. Repetis autem eandem sententiā, quamuis alijs uerbis.

Quibus autem infensus fuit quadraginta annis? Nōne ijs qui peccauerant? quorum membra conciderunt in deserto? Quibus autem iurauit, non ingressuros in requiem suā,



ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD  
nisi ihs, qui non obedierant? Et uide-  
mus, quod non potuerint ingredi  
propter incredulitatem.

Quorum membra ¶ Quemadmodum in ma-  
gnis cladibus & bellis membra & corpora pas-  
sim dispersa conspiciuntur, ita incredulorum il-  
lorum corpora in deserto disiecta fuerant. Tria  
autem de incredulis istis dixit, primum quod ex-  
acerbauerunt Deū, deinde quod infensos in des-  
erto occidit, postremo, quod eis ingressum in  
requiem negauit. Ista omnia manent etiam nū-  
Christum non audiētes. Ceterum quæ nunc se-  
quuntur pulchre interpretationem prædictorū  
faciunt.

#### CAPVT IIII.

Metuamus igitur, ne quando de-  
relicta promissione introeundi in re-  
quiem eius, uideatur aliquis ex uo-  
bis fuisse frustratus.

ὁ περιπέσει: Damnū pati, aut deficere signi-  
ficat, etiam postremum esse, quod hoc loco ad-  
modum quadrare uidetur. Et quia nihil accipi-  
unt in distributionibus, qui postremi sunt, cau-  
eamus nos ne tardius ueniamus, & pœnitentia  
nimium sera ducamur. Alludit autem ad uirgi-  
nes fatuas

nes fatuas, quæ cum negligentes fuissent & emptum irent oleum, quæ paratæ erant intrauerunt cum sponso ad nuptias, clausa est ianua. Illi uero aduentus aperiri sibi petunt, sed audiunt, Amē dico uobis, non noui uos. Matth. 25

Etenim nobis annuntiatum est, quemadmodum & illis. At nō profuit illis audisse sermonem, quod is non esset cum fide cōiunctus, ijs qui audierant.

Pergit in enarratione testimonij prophetici, ut faciat eos alacriores in audiendo. Ne uero uideatur temere in hoc citandū incidisse, sicq̄ torquere scripturam uelle magis, quàm fideliter adducere, diligenter admodum omnia tractat.

Nos similiter promissionem accepimus, ut illi, qui ex Aegypto exiuerunt, & etiam ab eodem Deo. Præterea. 2. Corinth. 4. dicitur, quod eundē spiritū fidei habeamus, iuxta illud quod scriptum est. Credidi, & ideo locutus sum &c. Sicut ergo illos manebat pœna, ita & nos, imo longe grauior maiore luce ueritatis iam nobis oborta, si pari incredulitatis uestigio insistamus.

Veteribus dicitur etiam ad nos attinerere.

Ingrederimur em̄ in requiē, nos qui credidimus, quemadmodū dixit.

Gg

Sicut iuravi in ira mea, si ingressuri  
sunt in requiem meam.

Dixi, & iterum dico. Omnes diuinæ cōmina-  
tiōes, ut ad incredulos pertinēt, ita promissiōes  
credentibus solis profunt. Significanter autem  
dicit in præsentī, ingredimur, & nō in futuro,  
ingrediemur, et ut sūmā certitudinē proponat,  
sic & Ioan. cap. 3. Qui credit in filium, non perit  
sed habet uitæ æternā. Et. cap. 7. Qui sermonē  
meam audit, & credit ei qui misit me, habet uitā  
æternam, & in condemnationem non ueniet,  
sed transiui à morte in uitam.

In requiem ] Incipit hic annagogen facere, à  
reque promissa populō Israëlitico in terra Cha-  
naan, ad requiem promissam nobis in cœlis.  
Discas hic, quomodo prophetæ nobis intelligē-  
di sunt, quum de terra Chanaan siue promissio-  
nis loquuntur. Certe qui audiunt uerbum Dei  
& custodiunt illud, hi iam ingrediuntur in terrā  
promissionis, & plane beati sunt. Iurauit enim  
Dominus incredulos, nō ingressuros in requiē  
suam, ingredientur itaq; qui credunt.

Et sane operibus à iactis funda-  
mentis mundi perfectis. Dixit em̄  
quodam in loco de die septimo sic.  
Et requieui

Et requieuit Deus die septimo ab omnibus operibus suis. Et in hoc rursum. Si introibūt in requiē meā.

Oratio uiderur imperfecta, tamē sensus satis constat. Significat em̄ aliam nobis requiē, quā terræ promissionis querendam, nimirū quam Dominus significauit, cum iam omnia cōdidisset, in eo quod de se predicari uoluit. Et requieuit dominus &c. Triplex autem sabbatum uel quies est. Sabbatum apud Mosen cum Deus ab omnibus operibus quieuit die septimo, quieuit tamen ita, ut nihil noui crearet. Alioqui scimus ex saluatore nostro. Ioan. 5. Patrem ad hoc usq; temporis operari, sicut & filiū. De hoc sabbato propheta hic nō licet intelligere. Alia quies iuxta historiam, ea est quam habuit populus in deserto, nō enim laborauit sed obambulauit expectans terram promissam. Tertia quies adhuc super est, & de hac propheta hic dicit, qui cū hæc scriberet, erat iam in terra Chanaan seu promissionis. Loquitur autem hic de sabbato animi, quæ quies initium quasi est quietis future cum omnibus electis Dei. Et in hanc sententiam ferè etiā Chrysostom⁹ exponit. Septenari⁹ pple nario & indefinito numero sepe sumit. Sic Lucæ 8. Magdalene, de qua septē dæmonia exierūt. 1. plurim a. & Prouerb. 24. Septies in die cadit iust⁹, 1. sepiissime, sed quia tritū hoc est, mittam⁹.

Triplex  
sabbatū seu  
requies.

Posteaquam igitur illud reliquū est, aliquos introire in eā, & quibus prius annunciatum fuit, non introierūt propter incredulitatem, rursus quendam præfinit diem, hodie, in Dauid dicens, post tantū temporis quemadmodum dictum est. Hodie si uocem eius audieritis, ne obduretis corda uestra. Nam si eis Iesus requiem præstitisset, nequaquam de alio posthac die locutus fuisset.

Sic colligit. Si populus Israël perfectā & plenā requiem sub Iosua duce (quē hic Iesum uocat) consecutus est, quid opus fuerat alium quendā prædicere diē, in quō denuo uox Domini esset audiēda? Semel enim audisse ex Mose satis superque fuisset. Verum quia nō consequutus est plenā, recte de alio posthac die loquutus est Propheta.

Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei. Nam qui ingressus est in requiem illius, & ipse requieuit ab operibus suis, quemadmodū à suis  
**Deus**

Deus. Studeamus igitur ingredi in  
illam requiem, ne quis eodem conci-  
dit incredulitatis exemplo.

Conclusio est eorum quæ hactenus disputa-  
ta sunt, nempe sabbatissimum seu requiem istã  
pertinere ad populum Dei, cuius nomine hic  
credentes omnes siue ex Iudæis sint, siue ex gen-  
tibus, intelligit. Nam isti uere sunt quietis huius  
participes, si Christum audiãt. Porro quod di-  
cit, Studeamus, pulchre admonet. Non solum,  
inquit, non contemnamus, sed omnem demus  
operam, enitamur, seu, ut alij ueterunt, festine-  
mus ut ingrediamur in illam requiem. Studiũ  
autem in hoc erit, ut Christum audiamus, ut in  
quo solo patri cõplacitum est, nisi uelimus, exẽ-  
plo incredulitatis patrum admodum horrendo  
perire. Iam quo grauioræ pœna dignus est, qui  
exemplo alio iam ædito peccat, ita & nos si per-  
fidiã patrum imitati fuerimus. Seruus qui co-  
gnouit uoluntatem domini sui, & non se præpa-  
rauit, nec fecit secundum uoluntatem eius, pla-  
gis uapulabit multis Luce. 12. Cain homicida fu-  
it, sed septies punitus fuit Lamech, deinde decer-  
nitur etiam grauior pœna ei, qui hunc occide-  
rit Genes. 4. Sic de diluuiõ, de uastatione Hiero-  
solymorũ iudicabis. Auget em̃ ut peccatum,  
ita & pœnam, exemplum prius æditũ. Admo-  
neamur

Exemplũ  
pœnã pec-  
cati auget.

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD  
neamur nos hinc, ut incredulitatem pestem ani-  
marum summe caueamus. Nā esto in hac uita  
impune sit tamē in alia poenā nō effugiem⁹, eāq;  
grauissimam. Sunt enim hęc scripta propter no-  
stram emendationem.

Viuus est enim sermo Dei, & effi-  
cax, & penetrantior quouis gladio  
utrinq; incidēte, ac pertingens usq;  
ad diuisionem animæ simul ac spiri-  
tus, compagumq; & medullarū, &  
discretor cogitationum & intentio-  
nū cordis, nec est ulla creatura, quæ  
nō manifesta sit in conspectu illius.  
Sed omnia nuda & resupinata ocu-  
lis eius, ad quem nobis est sermo.

Quidam hunc locum ad uerbum Dei, quod  
nos annunciamus, trahunt, sicut & Augustinus  
alicubi facit, minus tamen apte. Scimus em̄ nos  
mortuum loqui uerbum & literam, unde recte  
de uerbo diuinæ comminationis & irę Dei  
efficacissimę accipias, Vult autē Apostolus con-  
firmationis uice hoc subiñcere ei, quod iam iam  
præmisit, ne quis leue putet, iram Dei in se pro-  
uocare, & ab eo qui fons uitæ est, impune potu-  
isse desi

isse deficere, id quod faciunt, qui illius uocē non audiūt, Christūq; uera fide suscipere refugiunt. Sermo Dei, hoc est, sententia Dei, quasi diceret. Hominis uerbum, minas & irā fortasse quis impune contēpserit, ut quæ minus efficacia sint, & iramin<sup>9</sup> extimescenda: Verū cū sermone & sentētia Dei lōge aliud est, uiuus nāq; ille & efficax est supra quā dici potest, cuius uel patrū prostratio satis exempli fuerit, nequaquam igitur impune erit hunc contempsisse, maxime cū horrendum sit in manus Dei uiuentis incidere.

Sermo Dei  
pro senten  
tia Dei.

Et penetrantiōr ] Ista subñciūtur ut prædicta explicent, penetrantissimus sermo inquit est, cui nihil omnino resistere potest *δισομογ*, uocat gladium. Mos em̄ est scripturæ, ut aciem gladij uocet *σῶμα*, os, ut Esai. 3. Luc. 21. & Apocal. 1. Et de ore eius gladius biceps, id est ex utraq; parte acutus exhibat. Proprie autem loquendo Euangeliū non dicitur gladius, in quantum promissiones & remissionem peccatorum docet. Non tamen negauerim etiā Euangelio com̄inationes inesse. Apposite autē sentētia Dei, gladius hic dicit, est enim omnino ineuitabilis, & quia hoc scire nō parui momenti ad pietatem est, uoluit efficaciam istius auxeli ista tantum non ob oculos ponere, quo rem digne perpendentes iudicium Dei in tēpore effugere possint.

Os gladij  
pro acie  
gladij.

Pertingens usq; ad ] Animam intelligit naturæ portionem, in qua affectus dominantur, spiritum

ritum



ritū mentē seu particulā auris diuinæ, ut ille inquit: Compages & medullas, accipit pro corpore. Innuit autē, gladius alius ossibus & cōpagibus impeditis ne interiora dissecet & contingat, sed hic cōpages ossaq; perpenetrat, adeoq; medullas latentissimas, ut nihil non illi sit peruium & penetrabile, sane discernit inter pias & impias cogitationes, inter intentiōes cordis rectas & distortas, ita ut nihil melius.

Deus uidet  
omnia.

Nec est ulla creatura ¶ Promiscue loquitur de sermone siue sententia Dei, & Deo. Hoc ad Deum referendū est, quē nihil latere potest. Homi- nibus quidē multa abstrusa esse possunt, at qui Deo nihil quicquam, cuius oculis manifesta, nuda & resupinata sunt omnia. *τραχηλιζω* decorio, curē detraho, resupino. vide alios. Hypocritæ & impij simplices quidem uidentur, sed Deus est qui denudat, & resupinat interiora eorū, omniūq; oculis tandem exponit. Nihil em̄ fucati perpetuum esse potest. Notemus hoc, & serio pietati studeamus, alioqui dissecabimur, & pars nostra ponetur cum impijs.

Ad quem nobis sermo est ¶ Intelligo, pro, de quo nobis sermo est. Hoc em̄ sensus uidetur exigere, ut cūq; græca phrasis uideatur obstare, sed sacris scriptoribus non insolens est ab ea interdum deflectere.

Habentes igitur pontificem ma-  
gnum

gnū, qui penetrauit coelos Iesum filiū Dei, teneamus professionē. Non enim habemus pontificem, qui non possit affici sensu infirmitatū nostrarum, sed tentatum per omnia, iuxta similitudinem absq̃ peccato.

Quia iam initiū facit sacerdotij Christi, posset forsitan rectius caput hic incipi, sed tamen nō admodum refert, vbi incipias. Pulchre autem ista superioribus cohærent. Nā supra à principio. 3. cap. dixerat. Considerandū Christū legatum & Pontificem confessionis. Nunc consequēter qualis ille Pontifex sit, quia sua intercessione & merito, remissionē peccatorū & vitā nobis impetrauit, explicare instituit, sicq̃ viam dicendis parat, velutiq̃ sūmā eorū perstringit. Habuerunt Iudæi olim Iesum filium Naue, qui illos in terram promissionis induxit, habemus nos Iesum non solum hominis filium, sed & Dei, qui nos in sui & patris cognitionem, adeoq̃ terram viuentium & cœlestem patriam inducit. Ille transijt Iordanem cum populo, ultra quem Moses peruenire nō potuit: At noster Iesus, coelos ipsos penetrauit, ultra Iordanem & mundū hunc. Illo duce populus in terram promissam inductus, apprehendit ciuitates & agros. nos

Christo

De sacerdotio Christi.

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

Christo duce municipalium in coelesti Hierusalē  
& consortium diuinitatis. Quo autem præstati  
orem Ducem illis nacti sumus, eo etiā excellen-  
tiora beneficia & dona accepimus.

Iesus filius  
Iehozadak  
similiter,

Præterea apud Aggeum & Zachariam pro-  
phetas, de alio Iesu filio Iehozadak, qui fuit sa-  
cerdos magnus legimus, sed & ipse fuit typus  
& umbra huius nostri Saluatoris Iesu. Ille qui-  
dem eduxit populum è Babylone tempore secū-  
di templi, quod & reparauit & uelut sacerdos  
magnus in illud ingressus est. Verum Iesus sal-  
uator & dominus noster, eduxit nos ex hoc mū-  
do, ab illius seruitute redemit, verum Dei tem-  
plum constituit, interceditq; pro nobis sacerdos  
inæternum. Vnde uere solus ipse Sacerdos seu  
Pontifex magnus dici debet. Nam quotquot in  
lege pontifices fuerunt, ut comparati huic parui  
sunt, ita & paruo tempore vixerunt. De his qui  
velit fusius legere, cōmentaria nostra in postre-  
mos tres prophetas ædita consulat. Talē ergo  
& tantum habentes pontificem, Iesū filium Dei,  
qui penetrauit coelos, teneamus confessionem  
firmiter, neq; fidem nostram amittamus: *Lasst  
vnß steiff am glauben halten.* Sunt qui sim-  
pliciter de confessione fidei exponunt, Verū præ-  
cedentia diligentius introsipientibus, hunc esse  
sensum genuinum patebit.

Non em̄ hab. pont. ¶ Ratio est eius q̄d dixit,  
cōfessionem tenēdam, qua etiam occurrit tacite  
questioni.

quæstioni. Diceret enim quis. Sacerdotes magni  
 ferme superciliosi sunt, humiliores facile con-  
 temnunt, adeoque à cõmertiõ uulgi, non solum  
 se segregant, sed & penitus abhorrent, quid er-  
 go mihi familiaritatis ex illis sperandũ est, qui  
 ex uulgo sum & peccator? Certe fiduciam inter-  
 pellandi hos imminui in me sentio, quoties in-  
 dignitas hæc mea & peccatum animum subit?  
 Dicit ergo. Ne metuamus. Longe namque alius  
 sacerdos nobis contigit, quam ut illi contemp-  
 tui esse possim? Et quomodo abhorreret à pec-  
 catoribus, qui peccatores saluos factururus venit  
 in hunc mundum? Nobis per omnia similis est,  
 malis admodũ exercitatus est (quamuis absque  
 omni peccato), qui igitur infirmitatibus no-  
 stris non compati posset, quando huius nobis  
 fidem factururus tentari & affligi omnifariã spõ-  
 te voluit? Deus quidem est, interim tamen car-  
 ne sua nostras miseras experiri non erubuit, ut  
 infirmitatis nostræ sensu moueri se, nobis cer-  
 tissime persuaderet, liberumque omnibus ad se  
 accessum faceret. Sub finẽ. 2. cap. idem argumẽ-  
 tum habes, recurre si uis ad eum locum. Porro  
 infirmitates intelligit difficultates rerum ac di-  
 scrimina vitæ, que potissimum christianis impẽ-  
 dent. Loquitur enim de ihs, quæ etiam Christus  
 expertus est, ipse quidem absque peccato, nos  
 qua sumus deprauatione ferè cum peccato, con-  
 tra quod tamen assidua nobis lucta esse debet.

Obiectio  
notanda.

Infirmita-  
tes que  
sunt.

H

Accedamus igitur cū fiducia ad  
thronum gratiæ, ut consequamur  
misericordiam, & gratiam inuenia-  
mus ad opportunum auxilium.

Christus  
thronus  
gratiæ

Quia Christus sacerdos talis actantus est, tā  
tāq; nobis impetrat bona, profecto indignissi-  
mum est facinus, si non summa cum fiducia ad  
illum accedamus, eaq; libertate, qua quis cum  
amicissimo amico absque omni trepidatione lo-  
quitur, effundentes coram illo, quæcūq; in ani-  
mo nostro sunt. Ne autem abhorrire quis pos-  
set cum thronum audit, quasi iudiciariam & ter-  
ribilem significare vellet, addit gratiæ, nimirū  
ad propitiatorium alludens, quod vnus Chri-  
stus est, sicut & thronus gratiæ. Recte autē thro-  
nus gratiæ dicitur, constituit enim pater omnes  
q̄tquot saluat, in nomine Christi saluos facere.  
Viderint hic isti, qui ad alium quàm hunc thro-  
nū ducunt, uel per se eunt. Certe Christus dicit:  
Venite ad me omnes qui laboratis & onerati  
estis, & ego refocillabo vos. Matth. 11: Et ego sū  
ostium, per me si quis introierit, seruabitur. Ioā  
10. Et iterum: Ego sum uia & ueritas & uita. Ne-  
mo uenit ad patrem, nisi per me. Ioan: 14. Vale-  
ant igitur sanctorum patroni, Cæci enī sunt &  
cæcorum duces.

Vt cōsequamur ] Id est accipiamus. Sed qui sūt  
illi qui

illi qui accipiunt misericordiam uel quod idem  
 est inueniunt gratiam: Qui ex animo ingemiscētes  
 peccata sua agnoscunt, & medicam Christi opem im-  
 plorant. Non enim venit ille vocare iustos, sed pec-  
 catores ad poenitentiam. Et profecto qui morbum non  
 agnoscit, quomodo unquam, ut medicum adhi-  
 beat, persuadebitur? Dicas hic. Cruciauit me  
 tamen varijs plagis, etiam ubi iam peccatum ig-  
 nouit. Commodum itaque subiunxit: Ad opportu-  
 num auxilium, hoc est, tum cum tibi optimum  
 fuerit & admodum opus. Sic Deus credenti-  
 bus ingentia impartiri uult bona, sed suo tem-  
 pore, atque adeo cum adflictis acceptissimum fu-  
 turum est, partim ut desiderium nostrum ad se  
 vehementius alliciat, partim ut sic in necessitate  
 constitutis, auxiliū eo gratius sit, agnoscaturque  
 is esse, qui uoluntatem timentium se faciat. Fide-

Qui conse-  
 quantur mi-  
 sericordiam.

Deus iu-  
 uat, suo tem-  
 pore.

lis enim Deus est, qui non sinet suos tentari,  
 supra id quod possunt, Imò facit  
 una cum tentatione euentū, ut  
 possint sufferre. prima Co-  
 rinthiorum  
 decimo.

H 2

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD  
CAPVT .V.

Nam omnis pontifex, qui ex hominibus assumitur, pro hominibus constituitur, in his quæ apud Deum aguntur, ut offerat donaria & uictimas pro peccatis, qui placabilis esse possit ignorantibus & errantibus, quandoquidem & ipse circumdatus est infirmitate. Et propter hanc debet, quæadmodum pro populo, ita & pro seipso immolare pro peccatis.

*Sacerdos  
cōpartatur  
delinquentibus.*  
Hæc superioribus connexa sunt. Nam ad confirmandam fiduciam nostram, ostendit Christum omnium clementis & indulgentis esse pontificem & sacerdotem. Que nunc sequuntur sic coherent: similitudine quadam ostendit, talẽ esse oportere conditionem sacerdotis, ut possit cōparti illis, pro quibus dona & uictimas offert. Sacerdotis enim est intercedere pro alijs, ut fiduciam erga Deum bonam habere possint, quæ admodum Aaron stetit inter Deum & populũ qui peccauerat, seque indigniorem duxit, quàm ut ipse adire Deum debeat, per alium digniorem se, puta Aaronẽ Deo obtulit. Sic ab initio mundi patres

di patres familias, ut digniores, pro sua familia obtulerunt. Ita Iob timens ne filij sui agitandis conuiujs peccarint & maledixerint Deū in cordibus suis, holocausta pro illis obtulit. Similiter & Iacob ascensurus & habitaturus in Bethel fecisse legitur, cum tamē neuter legalis sacerdos esse potuit lege uidelicet nondum data, esto confinia quędam istis exercuerunt & familiaritatem cum domo & familia sua habuerunt.

Nam omnis pont. [Iste primus locus est, quo vtuntur missę propugnatores ut hanc sacrificium esse probent, & oblationē pro uiuis & mortuis, quasi uero & hodie sacrificium legali modo sit offerendum. Et quia hic est: Omnis sacerdos, audent dicere uerba hæc ad omnia pertinere sæcula & ita etiam ad nostra tempora. Miseri homines non animaduertunt quod Apostolus utitur similitudine ex lege Mosaica ducta, & in hoc tantum, ut ostendat sacerdotis fuisse olim, ut placabilē & benignū se exhiberet his qui ignorantijs & peccatis præoccupati fuissent. Iam cum certum est solos Leuitas assumptos, patet hanc similitudinem non ad omnes promiscue pertinere sacerdotes, nam aliud est de nostri sæculi sacerdotibus, sed ad eos qui ex genere Iudæico tantum erant. Legimus, 1. Corinth. 9. Qui assistunt altari, de altari participant, sed hinc non recte colligitur, quod & hodie debeant tales esse sacerdotes, qui offerant donaria & uictimas &c.]

Refutantur  
propugna-  
tores *Mals*  
§.



Scrip. ab il/  
licitis simili/  
tudines. se/  
pius petit.

Nam scripturæ non est insolens, etiã ab illicitis sæpius similitudines sumere. Sic Christus ab usurarijs, iniquo iudice, filijs huius lucis & alijs rebus similitudines posuit, cum tamen vsuras communiter, iniquitatem iudiciariam, atq; prudentiam filiorum huius sæculi per se nũquam probarit. Meminerimus illius triti: Omnis similitudo claudicat, vnde in ea quid instituto sermõni deseruiat consideremus, & aliena relinquamus.

Ex hominib. assũpt. ¶ i. cognat<sup>9</sup> noster est & frater, Angelus proprie nõ potest esse sacerdos, quia ex hominibus nõ assũptus, neq; particeps nostrarum afflictionũ esse potest. Sacerdos mediator est inter Deum & hominẽ, inter Deum uitæ sanctimonia, inter hominem, carnis infirmitate, ob quam fratres reliquos non despiciet. Iam uero quantum ad intercessionem & mediationẽ, unus solus Christus est uerus sacerdos, sicut & solus spiritu suo emundat ab omnibus peccatis, pro quibus intercedit.

Donaria.  
Victimæ.

Offerant donaria ¶ Donaria absq; sanguine offeriebantur, ut argentum oleum &c. Victimæ cruentæ erant, cedebantur enim animalia pro peccatis hominum. Ignorantibus & errantibus, i. peccantibus per ignorantiam & errorem. Humanæ enim infirmitatis est errare.

Quandoquidem & ipse cir: ¶ Quare autẽ homo homini non cõpareretur, peccatum in carne sacerdotis

facerdotis uel sanctissimi, æq̄ inhabitat, atq̄ in laici, et si spiritus in uno carnis impetum & concupiscentiarum plus reprimat, quàm in altero. Certe Dei donum istud est, & non nostrum meritum. Ex eadem peccatrice massa prognati sumus omnes. Isti sacerdotes infirmam carnem gestarūt, idq̄ cum peccato. Christus similiter infirmam, sed absque omni peccato. Vnde Leuitici sacerdotes iubentur etiam pro suis peccatis offerre, uerum eo Christus opus non habuit.

*Omnnes peccatores.*

Porro nemo sibi ipsi usurpat honorem, sed qui uocatur etiã à Deo, quemadmodum & Aaron. Ita & Christus non semetipsum glorificauit ut fieret pontifex, sed is qui dixerat illi: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Sicut & alibi dicit: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchizedec.

*non, non  
semper con-  
pular.*

Quandoquidem Apostolus fiducia erga Deum nos confirmaturus, Christum sacerdotem introduxit, iam sacerdotium illius tractare quã plenissime instituit. Primũ à quo sacerdos institutus sit, aperit, deinde qualis & quantus pontifex sit, postremo, quomodo assumptus, nos pu-

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

Obiectio  
nem diluit.

rificarit & legē adimpleuerit. Si quis dicat, multum nobis Christum sacerdotem celebras, ut in illum fiduciam ponamus, quomodo queso eū sacerdotem agnoscamus, cum nō sit ex tribu Leui neq; de progenie Aaron? certe si sacerdotem illum facis, legitimum oportet ostēdas, alioqui frustra suscipiendum persuaseris? Sumere enim sibi temere honorē sacerdotij, tam abest ut Deo placeat, ut etiam presentissimam ultionem illius exigat, exemplo sunt Chore, Dathan, & Abyron cum suis complicibus, quos terra uiuos absorpsit Num. 16. Oza qui arcam tenuit calcitrantibus bubus percussus & occisus est, 2. Reg. 6. Ozias percussus lepra, 2. Paral. 26. Respondit & dicit quomodo in sacerdotem assumptus sit, nō quidem ab hominibus, sed ab ipso Deo.

Explicatur locus  
1. Tim. 3.

Nemo intellige qui pie uelit agere. Nam per ambitionem uel qualemcumq; dignitatem ambire, crimine non uacat. Vide quomodo hic locus conueniat huic qui est .i. Timoth. 3. Si quis episcopi munus appetit, honestum, opus desiderat. Sua querere Christiani nō est, sed alijs cupere prodesse, id demū uere Christiani est. Iam non est, quo melius alijs prodesse possis, quam probe episcopi muneri fungens, ut quod summam hominibus utilitatem adfert, honeste ergo appetitur, Sed ab eo qui sentiat se ei posse sufficere, Nam tales laborē potius, & quæ Christi sunt, quàm honorem, prouentus, & quæ sua sunt querunt

querunt. Episcopatum desiderare, est inspectio-  
nem & curam omnium suscipere, & nō sui ipsi-  
us, hoc tamen nunquam faciet, nisi magna cha-  
ritate præditus. Nos ita prodesse cupiamus  
proximis, ut omnis ambitio & fastus absit, nō  
uocati ne curramus. Tāta em̄ dignitas sacerdotij  
est, ut necesse sit quē à Deo uocari, quēadmodū  
Aaron uocatus est. Nume: 17. Virga Aaron ubi  
floruit, certo inditio fuit Aaronem sacerdotem  
à Deo fuisse designatum. Hunc locum sane non  
exponderunt Anabaptistarū apostoli qui sibi  
ipsis inuocati sumpserūt apostolatū, cum huius  
sui facti nullam scripturæ cōsonam satis afferre  
rationem possunt, nimirum inani sapientia &  
curiositate huc adducti. Ex tribu Leui autē & ge-  
nere Aarō olim creati sunt sacerdotes, id quod  
ad Herodis vsq; & Hircani tēpora durasse legi-  
mus. Si scire cupis quo pacto sacerdotiū apud  
Hebræos cessauit, & pessimus quisq; ad eā dig-  
niratem per Herodem euectus est, consulas Io-  
sephum lib. 20. Antiquit. Cæterū cōmutatio  
sacerdotij, tum fuit indicium in foribus esse ve-  
rum pontificem, Christum seruatorem nostrū.

Ita & Christus non se ¶ Ita vult arguere. Ne-  
mo qui pie velit agere ipse se ad sacerdotij fasti-  
gium extollit, sed expectat vocationem. Ita etiā  
Christus se ipsum non extulit, sed ab eo, qui illi  
dixit, Filius meus es tu, & Tu es sacerdos &c  
ad sacerdocium vocatus est, verus ergo sacer-

In Ana-  
baptistarū  
Apostolos

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

dos, & a patre huc dignitatis euectus. Prius testimonium superius folio. 13. satis fuse explicatum est. Posterius in sequentibus explicabitur.

Qui in diebus carnis suæ, cū & preces & supplicationes apud illū, qui poterat ipsum à morte seruare, cum clamore ualido & lachrymis obtulisset, & exauditus esset pro reuerentia, tametsi filius erat, tamē didicit ex ijs quæ passus est, obedientiam, ac perfectus redditus, omnibus qui sibi obedierunt, fuit causa salutis æternæ, cognominatus à Deo pontifex secundum ordinationem Melchisedec.

Superioribus ostendit à quo sacerdos constitutus sit, nunc indicat quomodo probatus officio suo functus sit, postea perget ad explicandū sacerdotiū Christi, & quomodo nobis Melchisedec referat, ut uideas manifestissimè esse nugas Papistarum, qui impudēter dicūt Christū adhuc sacrificandū in sua impia Missa, quasi uero in illa primū figuræ cōpleatur, & nō potius implere sint Christo.

Christo supplicium mortis pferete. Verum qui candido & syncero animo hac legerit Epistolam, facile fraudem impostorum istorum peruidebit.

Qui in dieb: | Christum gestasse crucem interne obtulisse se, & peccatum esse pro nobis, ab initio conceptiois usque ad expirationem spiritus, Theol. fatetur, & bene quidem, quamuis in cruce consummati omnia. Ne tamen putes Christum carnem reliquisse unquam, eo quod hic sit, in dieb. carnis, hoc est, cum adhuc mortalis esset, & humilius uersaretur inter nos, ut sit alleosis, *de his* preces cum supplicatione significat, *in etyca* uehementis & cum humilitate oratio. Malim autem uos ad internas Christi preces respicere, quam externas, quamuis & has frequentissimas habuisse in Euangelis legitur, cum nunc totam noctem in oratione perdurauit, nunc in monte oliuarum, nunc in ultima coena, cruce, & alibi. Orauit autem ad neminem alium quam ad patrem, qui poterat ipsum seruare a morte, & non ipsum tanquam caput solum, sed & corpus & membra. Dicite hinc ad quem sint dirigenda preces, & quis sit qui seruare possit a morte & malis omnibus: nimirum ad neminem sanctorum uel sanctissimum confugies, ut pones quos nulla seruandi sit potestas. Deus est saluator, & propter illum nemo alius, ipse solus peccata delet, et nullo nostro huc adducto merito. Porro in eo quod dicitur hic peccationes & supplicationes obtulisse aliquo modo refert nobis Melchisedec, quem obtulisse uirtutes non legimus, sed benedixisse Deum.

Dies carnis quid.

Deus inuocandus.

Cum clamore

Clamor.

Cum clamore ualido & lach. ¶ Est affectuū clamor & summe charitatis Christi, quam erga misellos nos habuit. Neq; rarū in scripturis ardentiores affectus dici clamores. Moses audit; Quid damas? cum tamen externæ vocis nihil emisisset. Exo. 14. Haud tamen negauerim & Christum in mortis supplicio voce magna exclamasse, emissurus iam spiritū. Per lachrymas, commiserationem & charitatem ingentem erga nos miseros intelligo. Collachrymant, qui cōmiserentur nostri. sic & Christus.

Lachrymæ

ἐυλαβία.  
βία.  
ευλάβια.

Exauditus est pro reuerentia ἑυλαβία, reuerendus, qui quicquid facit gratum est, & libenter accipitur, hinc ἐυλάβεια, quod non tam auctoritatem significat, quam reuerentiam & dignitatem qua quis præ alio recipitur, alias etiam pro pietate capitur. Christus semper se exaudiendū sciuit, id quod ipse de se testatur Ioan. 11. Voluit tamen hanc humilitatem vere obediens patri, in se suscipere, nimirum nobis in exēplū. De nullo autem sanctorum legimus, quod pro propria & sua ipsius reuerentia & dignitate exauditus sit, præter quam de uno saluatore Christo. Sancti & fideles exaudiuntur quidem, sed si patrem in nomine Christi petant, cuius dignitatem & meritum vnice respicit. Hinc est quod ecclesia suas preces concludit: per dominū nostrum Iesum Christum.

Tamen si filius esset ¶ id est quamuis in ea dignitate

nitare & honore constitutus, ut filius diceretur, & in quo patri summe complacitum esset, tamē experiri voluit omnia, & discere obedientiam, degustare infirmitates nostras, & exercere se ad summam humilitatem & obedientiam, eamq; usq; ad mortem. Confer huic, quam in Philip. legis sententiā. Qui quū in forma Dei esset & ē est enim eiusdem sensus. *τελειωθεισ*, potes expo- uere ut supra pro sanctificatus, initiatus. Obedi- entes hic intelligit fideles, & qui vocem Christi audiunt, illis em autor vite, causa & origo salu- ris æternę ex sua obedientia factus est, vnde etiā à Deo cognominatus est pontifex secundū or- dinem Melchisedec, hoc est mediator, interces- sor, placator, peccatorumq; expiator & salua- tor noster constitutus. Nunc ab instituto vsq; ad finem .6. capit. .

Obedien-  
tes qui.

De quo nobis multa forent dicē- da, eaq; difficilia explicatu, quando- quidem segnes facti estis auribus.

Is oratorū mos est ut obscuriore loco oborto, auditoribus somnolentiam & torporem acriore aliqua exhortatione excuciant. Pari modo & hic agit Apostolus, dignitatem eterni sacer- dotij Christi probaturus. Adduxit autem my- sterium de Melchisedec, quod ut commodius illorū mentibus inculcet, ut quo nō mediocriter



ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

fiducia nostra ad Deum firmatur, primum tarditatem illorum arguere uoluit, idque multis, interim tamen beneuolentiam captat & attentos illos reddit. Cōueniebat autē admodū ut Iudaeos tarditatis & ignorantiae taxaret. Nam ob ceremoniarū aceruū quibus premebātur, ferē se per humi reptarunt, neque mentis oculos ad caelestia eleuarunt: & quia cortici literae superstitiosius adhærentes, medullā spiritus neglexerunt, minus idonei fuerunt ad mysteria capiēda. Idē & hodie usu venit: qui supra modū ceremonias suspiciunt, parū apti sunt ad sensa scripturarū penetrāda. Et quotus quisque queso literę tātū insistens potuisset ex Melchisedec historia, tam grande nobis sacramentum explicare?

Papistarū  
error.

Papiste qui missam sacrificiū astruere conātur, ineptias hic suas ridicule exponūt, dū incognitū ipsis locum hunc pro armis capiunt, perinde atque quiduis quō modo obuiū armorū instar esse possit. Dicūt ergo, quādoquidē Hebręi tardiores erant, & non satis defecatis auribus, Apostolū prudēter uoluisse illos celare arduū illū sermonem de sacrificio Missę, quod tamen scriptura nusquā habet, Scilicet eorū acuminī hoc reseruādū erat. Verū ipsi suā produnt insciam, dū fatētur in scripturis hoc sacrificiū puta sublimius explicatū nō haberi. Quare hanc expositionē ex suo capite deprompserunt, non ex scriptura. Et mirū est Apostolū reconditissima  
queque

queq; Hebræis mysteria tam fideliter aperuisse, hacq; vna in re infidū se exhibere potuisse, atq; eis, qui iā afflictiones & persecutiones grauissimas ppter Christū ppeffi erāt? Dicit autē difficilē sermonē explicatu, nō tā ad rei difficultatem oculos intēdens, quā ad eorū quibus loquebatur tarditatē, flaccescentes & languidas aures. Ut vno verbo dicā, nititur auditoribus signi-  
ficiē excutere.

Etenim cū debebatis pro tēporis ratione doctores esse, rursus opus habetis, ut doceamus uos, quę sint elementa in itij eloquiorum Dei.

Hāc causam reddit quare sint languidi: Debebatis inquit iā esse doctores aliorū, quia tāto tēpore inter Christianos uixistis, ā quib<sup>9</sup> paruo labore quicqd ad pietatē & fidē in Christū attinet discere potuistis: sed qd ego video: redeūdū ferē est ad prima elemēta, ea vestra est negligētia. Nō hoc agit Apostolus, ut velit esse multos magistros, id qd & D. Iacob. prohibet, prōptiores em nos esse cōuenit ad audiēdū, quā docēdū.

Non uult  
multos ma-  
gistros.

Huc omnino spectat, ut proficiant, neque semper sint pueri, sed si locus & charitas postulet, ut & ipsi possint docere, non ex eorum numero, qui semper discunt & nunquam tamen ad cognitionem veritatis perueniunt,  
quales

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

quales sunt ceremoniarū superstitiosi obserua-  
tores. Videtur autem ironia quępiam hęc reluce-  
re. Velletis ne semper puerilia doceri? & prima  
rudimenta? quin potius ad altiora capiēda eri-  
gite, tempus & ætas hęc alīū exigit profectum.  
Ut doceamus uos elementa ] Allusit hęc ad ele-  
mentarios pueros. Sūt autem elemēta Iudaicę  
ceremonię & externę quędam institutiones &  
pædagogicę, quibus infantuli atq; puerilem ca-  
ptum nondum transcendentē imbuuntur, ut  
cum dico alicui, uis Christianus esse: baptiseris,  
neq; statim illi dicam, quid Christianus, quid fi-  
des, quid baptismus: Vis orare? flecte genua, cō-  
pone manus, reticens interim quid oratio, seu  
quomodo sit orandum. Et sic de alijs: Hęc esto  
obserues, tamen nondum hinc eris uere Christi-  
anus, attamen nihilominus elementa ad pietatē  
hęc sunt. Quod ideo dixerim, quia hęc locus  
Anabaptistarum errori contrarius est, possunt  
enim ante puram & solidam pietatis doctrinā  
symbola baptismatis præmitti. Puerilia & lac-  
primum, deinde sermo iustitię & solidus cibus  
offerendus. Habent & spiritualia suos gradus.  
Putatis quot milia Iudæorum baptisari potue-  
rint & illico sermonem iustitię doceri? Haud  
credo. Nam exacta illa cognitio Dei etiā tum,  
non statim à baptisate requirebatur. Sūt qui  
initia eloquiorū Dei, humanitatem intelligunt,  
sed non uideo in quem sensum.

Factiq;

Elementa  
quę.

Factiq; estis n̄, quibus lacte sit opus, non solido cibo. Nam quisquis lactis est particeps, is rudis est sermonis iustitię, infans enim est. Porro perfectorū est solidus cibus, nēpe horum, qui propter assuetudinē sensus habent exercitatos ad discretionem boni pariter ac mali.

Præpostere sublimiora traduntur his, qui vltra infantilia & elemēta nondū promouerunt. Idem istis verbis dicit quod et prioribus, paulo tamen fufius rem nunc explicat. Nā quod iam iam elementa, nunc lac uocat, quod paulo ante per alios docere posse, intellexit, hic solidum uocat cibum. Ceremonias autem & prima elemēta lac esse, patet ex. 1. ad Corint. 3. Ego non poteram vobis loqui ut spiritalibus, sed ut carnalibus, ut pueros in Christo lacte uos potavi, non solido cibo, nō dum enim poteratis, quasi diceret, opus habebatis correptione tanquā pueri, quibus dicitur: Ne hoc feceritis, ne irascimini, ne superbiatis &c alioqui hoc & hoc mali uobis accerseris. Doctrina Mose & legis præcepta serē lac sunt, Euangelium uero, solidus cibus. Iudæi plurimum tribuebant sacerdotio, purifi-

Ceremoni  
& lac dicū  
tur.

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

cationibus, lotionibus &c neq; sublimia myste-  
ria inquirebant, multum tamen profuerat ista  
præsciuisse. Puer sex aut septem annorum nō ca-  
pit, si illi multum de incarnationis mysterio, de  
communione sanctorum in Christo, de morte  
resurrectione & ascensione ipsius differas, sed si  
dicas, obedi parentibus, time Deū &c uel mor-  
te morieris, quæ præcepta lac dicuntur & pri-  
mordia pietatis, ut diximus.

Nam quisquis lactis est par: ¶ Quod dicitur  
rudis est sermonis iustitiae, eo declarat, quid in-  
telligat solidum cibum, nempe, Christum uniu-  
cum nostrum esse mediatorem & saluatorem.  
Hic cibus solidus est, & perfectorum tantum.  
Vereor sane ne ceremonijs oppressi abstrusio-  
ra ista non admittatis. Nota solidum cibum eti-  
am accipit, qui addidit, quid per ceremonias  
sit intelligendū

Infans enim est. Porro perfectorum. ¶ Lactis  
participem & infantem in Christianismo nō re-  
ijcit, neq; ex fidelium grege excludit, quamuis  
nondū inter perfectos sit connumerandus, ui-  
deant igitur, quæ in negotio pietatis omnia sta-  
tim perfectissima uolunt, an non ecclesiam Dei  
miserrime scindant, & imperfectioribus aditū  
in eam præcludant. Quorum autem sit solidus  
cibus explicat ipse, cum dicit, perfectorum, atq;  
id ipsum per explicationē magis, oculis subiicit,  
dicens, horū qui propter assuetudinem &c. Ce-  
cerum

rerum perfectos uocat, non perfectione uitę seu operum, sed scientię uel cognitionis. Quemadmodum & Ephes. 4. Donec perueniamus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filiј Dei, in uirum perfectum, in mensurā ætatis plene adultę Christi, ut non amplius simus pueri, qui fluctuemus & circumferamur quouis uento doctrinę &c. Qui sensus & oculos mentis exercitatos habent in scriptura, possunt discernere inter bonum & malum, rem corpoream & spiritualem, iusticiam fidei & operum, legem & Euāgelium. Atqui in externis tantum sunt, illaq; sola curant & admirantur, nō habent sensus exercitatos, tales non facile subodorātur quid sub figura lateat mysterij.

## CAPVT VI.

Quapropter omisso, qui in Christo rudes inchoat sermone, ad perfectionem feramur, non rursus fundamentū iaciētes pœnitentię ab operibus mortuis & fidei in Deū, baptismatum, doctrinę, ac manuum impositionis, & resurrectionis mortuorum, & iudiciј æterni,

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

Adhuc pergit in excutiendo tempore Hebræorū, ut se parent ad capienda ardua ista mysteria, & relictis initijs pergant ad perfectionem, hoc est, perfectiorē Christi cognitionem sermonemque iustitiæ. Vocat autē initia sermonis Christi, sicut supra, preceptiones illas, quæ infirmioribus traduntur initia uel elementa, quales sunt de rebus externis, de suscipiendis sacramētis, & id genus alijs, quasi diceret, non amplius admo-  
neo uos de his cęremonijs ac ritibus, quibus olim instituti estis, iam magis ardua tractanda ueniunt. Perfectionē, ut supra, cognitiōis intelligit.

Ritus olim  
baptifando  
sum.

Non rursus fundamentum iac. ¶ Qui olim baptifabantur, principio admonebantur penitentię agendę, deinde petebatur ab eis cōfessio fidei, postea lauabantur, & imponebātur eis manus cum contestatione resurrectiōis & iudicij æterni. Neque tamē, ut paulo ante diximus simpliciores, & qui ad perfectam cognitionem non dum penetrarāt ab istis cęremonijs exclusi sunt, sicut neque infantes fidelium. Et quamuis he uoces, renuntio, credo, manuum impositionem accipio, & his similia in baptifismo auditę, plus tamen in se pollicitę sunt, quàm re ipsa prestare posset iam initiatus, perfectam enim uitam & nouam indicant, quę per baptifimum p̄figuratur, ut quo Christus induitur & peccata abluuntur. βαπτισμῶν pluraliter dicit, iuxta morem Hebræorum, quibus multi baptifimi erāt, nobis

nobis unus est, sicut & unus Deus & una fides. Fieri tamen potest ut pluraliter dixerit baptis-  
mi, eo quod tertio intingi solebant pueri, qua-  
si diceret. Non loquor de puerilibus baptismis  
& rebus, uel qualia solent ab ijs qui baptizantur  
primo accipi. Perfectiora longe uos doceo. Ba-  
ptismus in se habet mortem Christi, & Apосто-  
lus disertè dicit se nihil nouisse præter Christum  
& hunc crucifixum, utcumq; autē mira in bap-  
tismo lateant mysteria, tamen nihilominus di-  
cuntur eo tradi puerilia & lac. Nemo autem ea  
propter hæc discat cōtemnere, sed pædagogia  
ista ad altiora enitatur.

Atq; id faciemus, siquidem per-  
miserit Deus.

Hoc est, relictis puerilibus istis, ad perfecti-  
ora feramur, tractemusq; magis ardua, & adul-  
tos nos propius spectantia. Et quia sibi ipsi ali-  
quid arrogare plane hominis superbi est, com-  
modum adiunxit: Siquidem Deus permiserit  
Nihil enim possumus si gratia diuina nobis de-  
sit. Discamus & nos hic humiliter de nobis ipsis  
sentire, & agnoscere illum, ex quo sunt omnia.

Nam fieri nō potest, ut qui semel  
fuerint illuminati, gustauerintq; do-  
nū illud cœleste, & participes facti



ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD  
fuerint spiritus sancti, gustauerintque  
bonum Dei uerbum, ac uirtutes fu-  
turi sæculi, si prolabantur, denuo re-  
nouentur per poenitentiam, ab inte-  
gro crucifigentes sibimetipsis filium  
Dei, & ludibrio exponentes.

Hoc loco multi sunt offensi, & hinc aufi fue-  
runt abñcere Epistolam hanc tanquam minus  
approbatã, eo quod Apostolus hic neget poe-  
nitentiam. Vnde Nouatiani locum hunc pro se  
adducebãt, dicentes quod baptizatis si denuo  
in peccatũ prolabant, nulla cõdonatio superfit.  
Similiter & Catabaptistæ hic delirant. Verũ il-  
la omnia de Sacramẽto baptismatis exponẽda  
sunt, ut qd nõ liceat repetere. Ambrosius libro  
de poenitentia cap. 2. ne baptismus reiteretur, hæc  
uerba Apostoli contra ipsos Nouatianos citat,  
quẽ legisse forte nõ poenitebit. Nullibi Paulus  
poenitentibus ueniã negauit, id quod inter mul-  
ta ipsius testimonia, unum exemplũ Corinthi  
scortatoris satis comprobatur, quem ubi poeni-  
tuisset tanto studio iubet recipi in Ecclesiam. Cer-  
te septies in die cadit iustus, & resurgit. Alij de pec-  
cato in spiritũ s. intelligunt, sed quomodo hoc  
superioribus cohercat non uideo. Simplicius et-  
go exponemus cum Ambrosio de sacramento  
baptismi.

D. Ambro-  
sio.

baptismi, nā ille honestis. nominibus solet appel-  
lari. Dio. vocat hunc *μυστηρίου φωτισματος* id  
est illuminationis sacramētū. Et ita illuminatos,  
intelligimus baptizatos, Neq; statim necesse  
est, ut baptizati illuminati sint spiritu sancto.  
Supra audiuimus eos nondum ad mysteria re-  
conditiora peruenisse. Veteres quia baptismus  
illuminatio dictus est, prefigurare id uolebant,  
quas præferabant, facibus: item gustus coele-  
stis dictus, quod alij expresserunt porrectione  
salis, alij mellis: Etia participiū spiritus sancti,  
id quod chrismate seu oleo designare voluerūt.  
Verū istas ceremonias ut nō probarim, ita nec  
maximopere improbarim, si pie usurpent. Cer-  
te scriptura nusquam eas adhibēdas docuit, nul-  
la itaq; pietatis iactura omitent. Obserua quā  
multis verbis *ωραφρασικως*, hoc est, circum-  
scriptiue, baptizatos nobis notare uoluit, & p̄te  
rea aliud nihil. Accumulat em̄ ita beneficia Dei,  
quę fidelibus in baptismo dantur.

Ceremoniæ  
heterū cir-  
ca Baptis-  
mum.

Si prolabantur ] Nō opus renouari, inquit,  
in pœnitentia, seu quod idem est, rebaptizari.  
Neq; hæc mea solum est expositio, sed & aliorū  
maxime patrū, qui nimirū diligentius hunc lo-  
cum introspererunt. Quomodo autē, inquis,  
verba hæc ad propositū faciunt? Optime, nā ap-  
posite omnia coherent. Dicere uult. Agamne  
uobiscū ut cū pueris: tradā uobis vsq; puerilia:  
sed ut impossibile ut quis iterū baptizetur, ita

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

etiam impossibile ut quis iterum doceatur cum fructu his puerilibus. Doctrinam quidem possemus in medium afferre, sed sacramentum non concedimus alicui, & quare hoc?

Baptismus  
quid significet.

Crucifigentes & ludibrio expo] Baptismus, significat mortem atq; crucem Christi. Rom:6. Quicūq; baptizati sumus in Christum Iesum, in mortem eius baptizati sumus. Sepulti igitur sumus vna cum illo per baptismum in mortē, & que sequuntur. Et Collos.2. Cōsepulti simulum illo per baptismum &c quibus omnibus nihil aliud uult dicere, quam quod baptismus sit figura mortis seu crucis Christi & sepelitionis. In eādem sententiā & ista hic dicuntur Et hic mos est scripturæ, religiosissime de sacramentis loqui. Quia vero baptismus mors seu crux Christi dicitur, ideo quando quis rebaptizatur, de eo dicitur, quod denuo crucifigat filium Dei, hoc est, non ostendat siue credat pro se crucifixum, & ita quantum in se est denuo crucifigit. Alioquin scimus Christum amplius non moriturum. Neque enim mors illi ultra dominabitur. Romanorū.6. *παράδειγμα τίζοντες* id est traducences iterum in spectaculum, ut ab omnibus irrideatur. Idē verbum habes Mat.1. Porro quod addit: filium Dei, aperte habes filium Dei crucifixum, recte dicitur, Christus homo, etiam filius Dei, quia dictum, Sanctum quod nascetur, vocabitur filius Dei. Luce primo capite.

Filius Dei  
crucifixus  
recte dicitur.

Siquidem

Siquidem terra quę hymbre sepius in se uenientē combiberit, & progenuerit herbam accomodā eis opera quorum & colitur, recipit benedictionē à Deo: at quę produxerit spinas & tribulos, reproba est, & maledictioni confinis, cuius exitus huc tendit ut exuratur.

Comparatio aptissima est, quia Hebręorum erigit animos & ignauiam istam puerilem perstringit, cohortans eos ad piam sedulitatem. Comparat hic studiosum auditorem terrę fertili, & negligentem terrę sterili & maledictę. Parabolę Saluatoris Matth. 13. de semine, etiam aliquo modo huc faciunt. Vult autem. d. Nisi habeatis uberiores Christi cognitionem, non solum pueris similes estis, quibus lacte opus & rudimentis, sed & terrę sterili atq; maledictę, quę diu culta tamen usq; infrugifera permanet, tribulos pro frugibus producit, & nullam ad cultorem transmittit utilitatem. Certe terrā quę crebris pluuijs fœcundatur, fructum producere, ita & nos qui diu auditores fuerunt, profectum eruditionis & ingenij afferre decebit. Meministi opinor digressionis Apostoli, qua ardua dicitur

rū eos arrectioribus auribus efficere uult, a  
deoq; ad dignam se diligentiam reducere, quē  
admodum diximus. Alludit autem pulchre  
ad ea, quæ Genes. 1. de creatione germinum &  
herbarum dicta sunt, & insuper etiam ad homi  
nem cui dictum est: Terra es & in terrā conuer  
teris. Homo carnalis, terra est & ea inculta, qui  
quam diu non irrigatur superna & cœlesti plu  
uia, tam diu manet aridus, nullosq; spirituales  
& Deo gratos fructus profert, sed tribulos &  
fructus carnis, quæ sunt iniustitia, siue carnalia  
opera, digna quæ excindantur & in gehennam  
conijciantur. Nota obiter terræ non propriæ  
esse ex se fructificare, benedictio namq; Domi  
ni & uerbum illius imperans producit ex ea fru  
ctum. *βοτάνην*, herbam germinantem. Idem  
uocabulum habetur Genes. 1. *βλασκησάτων ἢ γῆ*  
*βοτάνη χόστος. ἐυθετοῦ*, accommodam, bene po  
sitam seu optime dispositam, hoc est, uberē her  
bam & non sparsim germinatē, segetē densam.

Ceterum persuasimus nobis de  
uobis dilecti, quæ his sint meliora,  
& cum salute coniuncta, tametsi sic  
loquamur.

His uerbis aperit, quo cōsilio duriora uerba  
orationi suæ immiscuerit. Sumo, inquit, hunc  
modum loquendi propter uestrum commodū

Terra ex se  
non fructi  
ficat.

voco quidē uospueros, steriles &c tamē nō itā male de uobis omnibus sentio, sed plane vos habeo pro benedictis domino, & regno Dei proximis, tamen excitandos tardiusculos uos duxi, idq; in uestrum cōmodū. Ita mitigare uoluit quæ austerius primo proposuerat, ne uideatur nihil in eis diuini agnoscere.

Non enim iniustus est Deus, ut obliuiscatur operis uestri, & laboris ex charitate suscepti, quam exhibuistis erga nomē illius, qui ministrastis sanctis, & ministratis.

Video aliquos fructus & haud cōtēndos terre uestre, quos nō fecistis corā mūdo, tāquā illi placituri, sed in oculis Dei, cuius glorię vnice uos addixistis profecto op<sup>o</sup> uestrū et labor quē ex charitate nō ficta suscepistis apud Deū nūq; intermorie. Quos fructus: Charitatis, inquā, erga fratres uestros, fideles, sanctos, quę certe indicū est uos esse filios Dei, cuius misericordię affectū etiā in uobis tanq; nō degeneres filij cupitis exprimere, idq; in malos pariter ac bonos in bonos & sanctos tamen præcipue tanquam in domesticos fidei, quibus merito primas debemus Sane non fecistis ut pharisæi facere solent

solent, qui in recte factis à se, laudem ab hominibus querāt, qua consecuta, mercedē acceperūt, uos nomini & gloriæ Dei studetis cum bene facitis, manet itaq; merces uestra. Eam olim Deus reddet in propatulo, potuissetis quidem in sæculo uiuere tanquam potentes, sed maluistis uiuere tanquam serui & abiecti, ut olim uos Dominus eueheret & exaltaret.

Cupimus autem ut unus quisq; uestrum idem præstet studiū ad plenam spei certitudinem, usq; ad perfectionem, ne sitis imbecilles, sed imitatores eorum, qui per fidem ac longanimitatem hereditatem accipiunt promissionis.

Dicit. Certus sum esse fructum bonum in uobis, qui hætenus tanto in studio sanctis ministrastis, nūc oramus ut tã in egregio charitatis opere, singuli perseueretis ad finem uitæ usq;, atq; ita certificemini de spe, quam habetis in uobis. Vult enim Deus ut (quemadmodum 2. Petri. 1. est) operã demus, ut uocationē & electionem nostram firmam efficiamus, quod sane nihil aliud est, quam ut declarem eã spem, quæ in nobis est per bona opera, & ut luceat lux nostra. Certe nemo unquã se fidelem, agnoscer, qui  
sibi tan

sibi tantū viuit, & nemini benefacit. Enitatur  
itaq; ad plerophoriam fidei singuli, si recte habe  
re velimus, & ad perfectionem contingere.

Nescitis imbecilles ¶ id est Languidi, segnes &  
tardi ad audienda sublimiora ista mysteria, sed  
imitemini sanctos patres, qui sola fide consecuti  
sunt promissiones suas, & absq; ea nihil pror-  
sus. Fidelibus enim Deus tantum pollicetur &  
præstat, quod promittit, cum impijs vero nihil  
cōmune habet. Vos igitur adhortor ut per fidē  
ac expectationem longanimem resignati diuine  
uoluntati patrum incedatis vestigijs, similesq; il-  
lis in hoc sitis, id quod & mihi de omnibus vo-  
bis polliceor, postquam ea fidei specimina erga  
sanctos & electos Dei edere non defatigamini.

Deus em̄ pollicitus Abrahæ cū  
non posset per quenquam maiore  
iurare, iurauit per seipsum, dicens:  
Nisi benedicens benedixero tibi, &  
multiplicans multiplicauero te, atq;  
ita cū longanimiter expectasset, con-  
secutus est promissum.

Hæc pericope partim cohærent præmissis,  
nempe imitatores eorū, qui per fidē & c̄ huius  
hic singulare exemplum de Abraham inducit,  
ut qui præ alijs excellenti fide & longanimitate  
clarus



clarus, promissionū compos factus est: partim vero ad scopū totius epistolæ pertinet, & maxime ob dictum Psaltis: Iuravit Dominus & non poenitebit eum, tu es sacerdos in eternum secundum ordinē Melchisedec. Inde enī supra cœpit digredi, attentiores sibi paraturus auditorem nunc tandem ad institutū redit. Sensus est. Quia Christus iureiurando constitutus est sacerdos, tutissime illi cōfiditur, estō per patientiam mora aliqua ferēda sit, donec ingrediamur. Neq̄ enim meliores sumus Abraham. Ille si credidit Deo iurāti, et de promissionibus nō dubitavit, multo magis nos credamus & longanimes nos prestemus, tantum habentes sacerdotem.

Abrahę si-  
bes et lōga  
uitas.

De fide & lōganimitate Abrahę multa sunt in Genes. maxime. 12. cap. Cū iā esset annorū septuaginta quinq̄, & egrederetur è Haran audiuit promissionem hanc. Benedicens Benedicam te &c. Credidit Abraham Deo. Et deinde expectante illo semē, distulit Deus p̄missionem in centesimum ætatis ipsius annū, ita uiginti quinq̄ annis promissionem seminis firmiter persuasus expectauit, tandem natus est ei Isaac, quē adultum iam paratus fuit in holocaustum occidere, Genes. 22. Verum cum audiuit. Per metipsum iuravi, dicit Dominus: Eo quod fecisti uerbum hoc, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me, nisi benedicens benedixero tibi, & multiplicans multiplicauero te &c. Verba iuxta LXX. sunt cita

sunt citata, non iuxta Hebr. ueritatem, quæ non habet,  $\text{ἐὰν μὴ}$ , nisi, quod est modus iurandi, quasi diceret, nisi fecero, hoc & illud mihi eueniat. Potes tamen  $\text{ἐὰν μὴ}$ , exponere, profecto. Quid per benedicere intelligat, ipse per expositionem aperit cum dicit & multiplicans multiplicauero te &c. Post natum autem Isaac, uixit. 75. misitq; filios in orientem, ancillam cum ismaële eiecit, Isaacq; retinuit. Sicque promissionē sensim impleri uidit, non tamen perfecte in carnalibus filijs, sed in Christo benedicto semine adimplendā cognouit. Explanat nunc fusius rationem iuramenti.

Nā homines quidē per eū iurāt qui sit maior, atque ἴisdem omnis cōtrouersię finis est, si intercedat iurisiurandi confirmatio. Qua in re Deus cū eximie uellet heredibus promissionis ostendere firmitatē consilij sui, interposuit iusiurandū, uti per duas res imutabiles, in quibus fieri nō posset, ut mētiretur Deus ualidam cōsolationē haberemus, qui huc confugimus, ut potiamur propo sita spe.

Rationera

Rationem hanc ex vulgi consuetudine adducere voluit. Homines enim, cum sibi inuicē animos peruidere atq; introspicere nō possunt, nūquam satis certi de illis sibi videntur, nisi accedat iuramentum, nomēq; Dei inuocetur. Dirēpturi itaq; lites, per longe superiorem se Deum iurant, hocq; honoris illi deferunt, ut qui, cum scrutetur corda & renes, perdatq; omnes loquētes mēdaciū, nō sit inultū pmissur<sup>9</sup> nomē suū in uanum assumi. Deus itaq; electis consilij sui firmitatem & immutabilem sententiam excellentissime declaraturus, infirmitati nostrę attemperare se uoluit, quo prōptiores ad credendū illi efficeremur, in eo quod non tantum promisit, sed & iuramēto promissum confirmauit, & iste sunt duę res immutabiles, de quibus hic sermo est. Iam quemadmodū impossibile est ut Deus ipsissima veritas fallere in promissis possit, ita etiam in iuramento interposito mentiri nunquā potest: & hoc si apud homines dubium tollit, multo magis apud Deum. Quomodo ergo nō habeamus validam consolationem nos potituros olim esse requie & proposita spē? Spes, pro re sperata hic ponitur, sicut & ad Tit. cap. 2. Exspectantes beatam illam spem &c.

De iure iurando.

Porro locus hic est contra Catabaptistas, qui volunt omnino non esse iurandū, citantes pro se illud Christi, Math. 5. Ne iuretis omnino, neq; per cœlū, quia thronus Dei est &c. Verū quia  
hichabe

hic habemus Deum iurasse, forte non abre fuerit paucis iuramenti rationem expendere, ne simplici lectori fuci isti imponant. Quod per se malum non est, certe Christus prohibere neq; potuit, neq; debuit unquam, nam non uenit soluere legem, sed adimplere. Iam iuramentum per se nunquam fuit malum. Iurauit enim Deus ipse atq; adeo Israëlitis in suo nomine iurare precepit, quia uero malum neq; Deo tribui, neq; qd alios doceat recte dici potest, reliquum est ut iurare per se malū non sit, & ita haud quaquam prohibitum. Verum obijcis hic, Christus dicit. Ne iuretis omnino. Respondeo. Christus nō uoluit simpliciter & per se iuramentum prohibere, ut dixi, puta rem non malam, sed per accidens & propter abusum, qui tum per pharisæos inductus fuit. Certe prauum affectū, imposturā & leuitatem mendacio coniunctā ex cordibus illorum eximere uoluit, quæ iam diutina assuetudine pro peccato non habebantur. Et sicut incendium gehennæ non est in dictione fatui, sed in rancore & contemptu mentis erga fratrem, ita nec in iuramento per se peccatum, nisi accedat prauum & fallax cor. Nam Christus ipse Apostolos, fatuos & stultos appellat, quemadmodum & Paulus suos Galatas, quos tamen peccati nemo pius arguet. Ad hæc quoties quæ so in geminat, Amen amen, & Paulus, Testis est mihi Deus, quæ sane iurantium uoces sunt. Vis sci

Denter. 64  
Hiere. 5.  
Psal. 63.

Obiectio  
prima.

K

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

re quid iuramentum deprauet & Deo detestabile faciat? neglectus ueritatis, iustitiæ, iudicij & misericordiæ. Vbi ergo hæc salua sunt, iuramentum tã abest ut peccatum dicatur, ut etiã Deo, res momenti alicuius in suo nomine confirmare, honori & glorię sit.

Obiectio  
altera.

Obiectiũt rursus, Deus futura nouit, & unus potest prestare quod iurat, ergo illi iurare licet, Tu uero non potes, ideo nec iurare tibi licet. Respondeo. In iureiurando non requiritur qualis animus tuus post aliquot annos futurus sit, sed qualis nunc sit, an fallere uelit nec ne. In externis quidem libertas quędam nobis a Deo est, ut se deas, ambules, dormias, ubi uelis, at mentis mutationẽ sibi soli Deus reseruat, quomodo autẽ non fateris libenter in gloriam Dei, quale cor tuum & uoluntas in presenti constituta sit, de futuro enim nõ est questio. Hinc opinor clare uides, quã nihil hoc sit, quo miseri isti hætenus tam peruicaciter innixi sunt. Libẽter quidem fateor beatiores nos fore, si iure iurãdo nihil opus sit, ut circa quod mali quippiam uerferur, puta infirmitas & incredulitas eorum, propter quos illud suscipitur. At tamen bonum per se, nunquã propter accidens & uicinũ malum recte damnabitur. Verum ista aliã tractata sunt, pergamus in instituto.

Quam uelut ancoram tenemus  
animã,

animæ, tum tutam, tum firmam, & introeuntem usque ad ea, quæ sunt intra uelum, ubi præcursor pro nobis ingressus est Iesus, iuxta ordinem Melchisedec, pontifex factus in æternum.

Articulum *l<sup>o</sup>*, quidam referunt ad spem, ego potius ad consolationem referendum puto, ut sit sensus. Illa consolatio cordis nostri, quam accepimus ex diuinis promissionibus, ad quas uera fiducia confugimus, animæ nostræ est uelut Cōsolatio  
ancora ani  
mæ. ancora, refugium, & id quo tuto initemur. Ita spiritus s. obliquitur corda nostra, & est nobis arabo & pignus æternæ uitæ & salutis, ex hoc enim est, quod Deum, patrem inuocare possumus. Sicut qui tempore tempestatis missa ancora, certi de quiete & statione nauis sunt. Ita nos spe & cōsolatione, quam habemus in hac erum nosa uita, & plena undique periculis, ancoram in cœlum immittimus, certi, ne portas quidem inferorum nobis præualere posse. Pij & fideles in terra non habitant, esto adhuc in ea sint, conuersatio enim eorum in cœlis, ubi quia thesaurum suum sciunt, habent & cor suum. Nauis quando peruenit ad littus, in mari quidem adhuc est, sed extra periculum, Ita & nos si credimus certi sumus

K 2

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

mus de salute, trāsiuimus em̄ de morte ad uitā.

Introentem usq; ad ea, quæ sunt ¶ Id est. que pēnerrat cœlos ipsos. Est autem periphrasis cœli, sumpta similitudine à templo Hierosolymitano, in quo sanctum sanctorum, utpote habitaculum Dei distinguebatur ab alia parte templi cortina uel uelo.

Præcurfor  
noster christus.

Vbi præcurfor pro nobis. ¶ Hoc modo Deus spem nostrā confirmauit, ut tuto nos illi possimus cōfidere. Christus primogenitus ex mortuis, præcurfor noster, præcessit, non sui, sed nostri causa, iam præcurfor, alicuius præcurfor sit opus est, ergo subsequemur & nos. Quia ubi caput, ibi etiam non deerunt membra, prior ipse ingressus est in cœlum, ut non dubitemus & nos eò peruenturos, cœlos que penetraturos. Christus em̄ pontifex noster in æternū, semper intercedit pro nobis, cuius dignitas ita viget & efficax est apud patrem, ut omnibus credētibus ad salutem sufficere abunde possit.

CAPVT VII.

Summa  
preditōrū

Haectenus conatus est Apostolus persuadere Hebræos, ut Christo credāt, in q; fide eius cōstāter perseuerant. Vtitur autem ad hoc tribus locis: primum à dignitate Christi, ut qui Prophetis & angelis ipsis longe præferatur, Deinde à periculo, quod grauius contemptoribus Christi, quàm legis imminet, Postremo à maiore utilitate

utilitate. Per Christum namq; summa expectamus bona, nempe remissionem peccatorum, misericordiam, gratiam, & liberrimum ad Deum accessum. Cæterum postrema ista utilitas fidei, quod per Christum accessus sit ad Deum, maxime est eminentissimo Christi sacerdotio, quod ut probaret, usus est testimonio Psaltis: Tu es sacerdos in æternum &c., quod quidem latissime declarandum sibi duxit. Verum quia auditores segniores & oscitantiores animaduertent, commodum digressus est, excitaturus eos ut bene considerent, quid sibi omnia uellent. Nunc subiicit, quis Melchizedec ille fuerit, cuius & supra mentionem fecerat.

Nam hic erat Melchisedec, rex Salem, pontifex Dei altissimi, qui occurrit Abrahamæ reuertenti à cæde regum, & benedixit illi, cui & decimas ex omnibus impertitus est Abraham, qui primum quidem ex interpretatione dicitur rex iustitiæ, deinde uero rex Salem, quod est rex pacis.

Declaraturus quomodo Christus sacerdos sit secundum ordinem Melchisedec, duo indicat,



ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

Deo sacer in q̄ illius sacerdotium differat ab Aaronico: &  
 donj gene ita duo genera sacerdotiorū ponit, unū secūdū  
 12. ordinē Melchise: , alterū secūdū ordinē Aarō.  
 Principio sacerdotiū Melchise: qui typū Chri-  
 sti gerit, regale, iustitię uirtutū, & spirituale di-  
 cit, Aarōis uero seruale, crassum, carnale, quæ  
 omnia ipse satis explicabit. Postea ostendet sacer-  
 dotiū Melchise: uel Christi differre ab Aarōis,  
 cui⁹ tēporariū fuit sacerdotium, sicut & sacerdo-  
 tes mortales. Christi uero perpetuū, in æternū  
 enim uiuit. Porro uerba quæ hic ponuntur se-  
 rē eadem leguntur Genesis. 14. & ut iuxta literā  
 sonant, obscuriora esse nemo facile negabit, un-  
 de nisi Dominus per spiritum suum reuelasset,  
 quid figura hæc sibi uellet, diu ignoraturi fue-  
 ramus. Audiamus interpretem Apostolum.

Qui primum quidem ex. 7. Hic per circum-  
 stantias; quis Melchisedec fuerit explicare incipit,  
 à nomine, genere, loco & cōditiōe. Melchisedec  
 ex ui uocabuli, dicit rex iustitię siue iustus מלך  
 enim regem significat. צדק iustitiam. Nō igno-  
 ro quod iudei dicunt Melchisedec nō fuisse pro-  
 prium nomen, sed somniū est quicquid dicit.  
 שלום pax est, hinc ab illa sua pace, sicut à iusti-  
 tia, nomen sortitus est, quod sit sacerdos Dei al-  
 tissimi. Cæteri nomē habēt nō tam magnificū,  
 sed tantum quod sacerdotes sint Aaron, quorū  
 erat offerre oues, boues, & his similia, hic autē  
 iustitiam & pacem obtulit.

Iosephus

Iosephus Antiquit: lib. 1. uerba Mose, optima paraphrasi explicat. dicens. Suscepitq; eum rex Melchisedec, quod significat rex iustus, & erat utiq; & sine dubio talis: ita ut propter hanc causam etiam Dei sacerdos esset Solymorum, quam ciuitatem postea Hierosolymam uocauerunt. Ministtrauit autem iste Melchisedec Abraham exercitui xenia, & multam abundantiam rerum opportunarum simul exhibuit, & super epulas eum collaudare ccepit, & benedicere Deum, qui ei subdiderat inimicos. Abraham uero dante ei etiam decimas spoliortu, munus accepit, & quæ isthic sequuntur. Quæ si cum Pauli uerbis conferas, uidebis statim quare Melchi. sacerdos altissimi dicatur, nimiru non à prolatione panis & uini, sicut nec ab imolatione pecudum, quæ carnalis sunt sacerdotu, sed à iustitia, pace, & charitatis officio. Ista enim sunt sacrificia spiritus, quibus deus placatur, qui spiritu & ueritate coli uult.

Iosephus  
de Melchi  
sedec.

Excellentissime autem omnia Christo Domino nostro conueniunt, quæ olim sub typo in Melchi: præcesserunt. Ipse em̄ est, Dominus & rex iustus noster. Et uer rex. Hierusalem (prius Salem dicta) hoc est, Ecclesiæ & electorum omnium. Etia rex pacis, ut Psal. 75. In pace factus est locus eius, & in Sion habitatio eius. Ipse em̄ solus consummatam iustitiã habet, qua & nos credentes in nomen illius iustificat, & peccata cõ

Melchise-  
dec figura  
Christi.

donat. Sunt quidē credētes iusti, si dignationem Dei in suos ob oculos ponas, quod si hominis opus consideras, uidebis etiam sanctissimos nō abesse à peccatis. Nemo ergo alius rex iustitiæ erit, præter unum Christū, qui sua iustitia omnibus adhærentibus sibi abunde ad placandum patrem & sanctificationem conquirendam sufficit. Adhæc, rex pacis dicitur & maxime pacificus. Patrem enim iratum nobis, ob imaginem sui in nobis deturpatam, reconciliauit, & pacificauit per sanguinem crucis eius, quæ sunt in cœlis, & quæ in terra. Est namq; unica pax nostra. Col. 1. Ephes. 2. optime itaq; deliniatur per Melchisedec. Hinc etiā est quod pacificus Solomon, Dominus noster Iesus Christus dicitur, huius nāq; rex ille figura fuit. Iam quia tāta iustitia & donis cōspiciuus fuit præ omnibus participibus suis, recte sacerdos altissimi dicitur, hūc enim altissimus cōprobauit, & placuit ipsi in eo uniuersam plenitudinem inhabitare.

Panis, pro  
eibo.

Qui occurrit Abraham. ¶ Iustitia Melchisedec in duobus patet, in fide & opere charitatis, hac quidem, quod paxit exercitum Abraham (uenit enim nomine panis Hebraico tropo, omne genus eduliorum, quibus pascuntur homines) illa uero quod laudat Dominum, qui Abraham in manus tradiderat inimicos illius. Allegoriam si quis querat est, quod Christus uiuus panis populum suum uictorem huius mundi pascit & confortat

confortat. Non autem est temere allegoria inferenda, nisi commode præstructo ex noui instrumenti literis fundamēto. Ioan: 6 & 10. legis, quomodo Christus eos, qui in se credūt pascat, totum enim se illis tradit, ut uideamus quo ille affectu in suos feratur. Videatur forsan alicui mirum, quod Abraham longe clarissimus ut dictum est, ipsi Melchisedec ex omnibus impartitus sit decimas. Nimirum ille ex reuelatione spiritus Christum sumum sacerdotem, in hoc ueneratus est, quem & in corde suo uidit. Nam scriptum est, Abraham exultrauit ut uideret diē meum, & uidit atq; gauisus est. Ioan: 8. Certe huc Apostolus respexisse uidetur, simul tamen diligentiam nobis in sacris tractādīs commendat. Adhæc nō omnino dissimile huic facto est, qd legimus de Alexandro, qui cum uicisset Dariū, uirtutemq; Persicam soluisset, iamq; Hierosolymas cū exercitu properabat, occurrit ei sumus pontifex in hyacinthina & aurea stola, cum reliquis sacerdotibus & ciuibus. Phoenices uero & qui cum Alexandro erant, putabant regem nihil non hostile sibi in illos permitturū, adeoq; sumum sacerdotem contumelijs effecturum, sed longe aliter euenit. Nā ille cōspecta occurstantiū turba, sumum sacerdotem solus accessit, ueneratus est, & numen adorauit. Hoc ubi uidissent primores, obstupuerunt, indignūq; tanto regis facinus iudicarunt, nempe quod homini morta-

Factū Alex  
andri apud  
Iosephum.

ANNOT. IN EPIST. D. PAVLI AD

litantum honoris deferret, tandem Parmenio  
causam facti sciscitavit. Respondit rex. Nō hūc  
adoravi, sed Deum, cuius ille principatu sacer-  
dotij fungitur. Nam per somnium in huiusmo-  
di eū habitu conspexi, qui & uictorię mihi spē  
fecit &c. Habes hæc fusius apud Iosephū Anti-  
quit: lib. 11. cap. ultimo.

Reuertenti à cædere regum. ] Glorioso loquitur de  
Abraham, ut ita gloriosior fiat Melchisedec,  
gloriosissimus autem Christus cuius hic figurā  
gessit. Sunt enim omnia, ut diximus, excellēti-  
ma in Salvatore nostro Christo. Sequitur.

Ignoti patris, ignotæ matris, ig-  
noti generis, nec initium dierū, neq;  
uitæ finē habēs, sed assimilatus filio  
Dei, manet sacerdos imperpetuū.

Quomodo  
acerdotiū  
Melchise.  
æternum.

Sacerdotium Melchisedec fuisse æternum,  
probat ex eo, quod scriptura illi nec patrem,  
nec matrem, nec initium, nec finem uitæ tribuit.  
Iam ubi neq; initium neq; finis est, ibi perpetui-  
tas sit oportet. Discimus hinc locum ab autori-  
tate negatum, in scriptura sæpe validissimum  
esse. Obseruandum autem quā sobrie Apo-  
stoli sapuerint, qui præter scripturarū testimo-  
nia ferè nihil in medium afferre ausi sunt. Hodie  
multorum eò processit temeritas, idq; in rebus  
pietatis, ut amplius sapere ausint, quā uel eos  
addecat

addeceat, uel spiritus sanctus ipsis reuelare uoluit. Certe quæ non scripta habentur à prophetis, quasi non sint æstimantur. Vnde Apostolus alibi, more scripturæ citauit hoc dictum: Cedit Abraham Deo, & cum absque omni dubio & alia bona opera, Deoq; gratissima ex fide fecerit. Sed ita scriptura morem loquendi habet, cuius autoritas & nobis sufficiat. Alioqui certum est quod Melchisedec non è terra prognatus subito absq; parentibus & immortalis apparuit: quapropter Apostolus proprie dixit: Assimilatus. Est autem plane iudaica temeritas dicere Melchisedec fuisse Sihem, scriptura ignorat ignoremus & nos. At de Aarone scimus quos parentes, fratres & cognatos, quemq; uitæ finem habuit, unde sacerdotium ipsius perpetuum esse non potuit. De Melchisedec autem omnia hæc ignorantur. Nam scriptura eum nobis ita proponit, quasi semper uiuat perpetuoq; ut dictum fungatur sacerdotio. In quo adumbrat nobis sacerdotem Christum perpetuum, qui & intercedit pro nobis, cuius etiam dignitas patri sacrosanctissima est. Hic absq; patre est, si naturam spectes humanam, absq; matre, si diuinitatem, & ita absq; initio dierum & fine uitæ. Nam generatione eius inquit Propheta, quis enarrabit?

Considerate uero quãtus hic fuerit, cui etiam decimas dederit Abraham patriarcha de spolijis.

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

Perpetuus hic mos Apostoli est, ut quoties illustria adducit testimonia, alijs insuper confirmet, ne quid temere dixisse videatur, quemadmodum & hic palam fit. Propositam em̄ historiam de Melchisedec & Abraham, non satis habet ad literam inspexisse, nisi etiā quid mysterij subsit, explicet. Nam cōsiderate inquit, quasi diceret, sublime quid hic latet, & non obiter percurrendum: neq; enim ista propter Melchisedec præcipue scripta sunt, sed propter eū, cuius hic typū gessit, Christū. Si conferamus hic utrūq; certe quod externum attinet, nueniemus potiora priuilegia esse Abraham, quàm ipsius Melchisedec. Nusquam enim legimus, quod dominus tanta operatus sit per hunc, atq; per illum. Deinde etiā conueniens magis videbitur, quod Melchisedec Abraham tātō victori decimas dare debeat, quàm Abraham, qui promissiones acceperat: In semine tuo benedicentur omnes gentes, regi Salem. Sed quia hic Christi typus est, recte ipsi Abraham præferri, idq; in duobus, sacerdotali dignitate, & decimarum acceptione. Leuiter autem om̄ia in hoc sunt adumbrata, quæ postea plenissime in Christo sunt impleta. Porro obiter nota nō esse frustra, quod Abraham Patriarcham vocauit, quo em̄ maiora de hoc prædicat, eo commendatiorem & superiorē illum, ad quem sit collatio, ostendit, & ita supremum & cōmendatissimū Christum saluatorem.

Arq; n̄

Melchise.  
Induobus  
Abrahæ  
præfertur.

Atq; ij quidem, qui quod sint de numero filiorū Leui, sacerdotij functionem sumunt, præceptū habent, ut decimas accipiant à populo iuxta legē, hoc est à fratribus suis, licet egressis ex lumbis Abrahamæ. At is, cuius genus non recensetur ex illis, decimas accepit ab Abraham, & habēti promissiones benedixit. Porro nemo negat, quin id quod minus est, ab eo quod maius est, benedictionem accipiat.

Apostolus in eo perstat, ut Melchisedec, patriarcha Abrahamo, & qui ex illius lumbis prodituri erant Leuius, præstantiorem ostendat. Dicit autem, quod filij Leui à fratribus & contri-  
bulibus suis, ob sacerdotij dignitatē, decimas acceperunt, id quod signum est præcellentiae, licet utrisq; eadem esset origo, natura enim non fuerunt meliores, sed tamen ex diuina ordinatione, siue dignatione. Verum Melchisedec alterius generis etiam a parente illorum decimas accepit, nimirum præstantior habitus, quàm uulgo estimaretur, Iā si Abrahamo maior est, atq; adeo  
talis agno



ialis agnoscitur, certe erit & ex eo prognatis maior, primum ex ratione accipiendi decimas, deinde etiam propter typum quē gessit. Decimas dātes, testati sunt omnia se habere ex benedictione Domini. Ita Abraham decimas dans de spolijs, victoriā non suis viribus, sed Deo acceptā ferendam agnoscit.

Omnia quæ hic ponuntur, ad dignitatē Christi faciunt. Hic enim verus est Melchisedec & sacerdos in æternum, qui benedicit in se credentes omni benedictione spirituali in cœlestibus, facitque ut opus Dei in eis augetur indies magis ac magis, donec tandem in virum perfectum occurrant. Nos vicissim illi debemus, non tantū sextam, octauam, aut decimam partem eorum, quæ possidemus, sed & nos ipsos, quanti sumus (denarius enim sicut & septenarius numerus, plenissimus perfectissimusque habetur) Hinc saluator inquit: Si quis venit ad me, nec odit patrem suum ac matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores: præterea autem & animam suam, non potest meus esse discipulus Luce. 14. Qui cumque enim Christo quicquid præfert, indignus illo est. Huc refer cap. 12. Episto. ad Romanos.

**Triplices  
decimæ in  
lege.**

Præceptum habent ut decimas Triplices in lege constitutæ sunt decimæ quemadmodum legimus Numeri. 18. Deuter. 14. Primæ dantur de omnibus primitijs per annos singulos, Secundæ singulis triennijs, pro Leuitis, peregrinis, pupillis

nis, pupillis ac viduis fouendis. Tertiæ erāt decimæ decimarū, aut decimæ secundæ, duæ portio sancta erat. De his fufius in cōmentario in Ezechielem. Ex his videre est, quā prudentiffime Deus in suo populo ordinauit, primum voluit prouifum ministris fuis, ut à quibus omnis populi falus penderet, deinde & pauperibus. Quo enim dignius est animæ pabulum corporali, ita etiam primum omnium curandum erit, si uelimus cuncta recte habere.

Cæterum præceptum hoc de decimis, partim cęremoniale est partim morale, & ita partim abrogatum, partim permanet. Quod terræ promiffionis, templum & Leuitas attinet, nihil ligatiffis enim subuerfis & difperfis, cęffauit etiā am decimandi ritus. Verum quod opus charitatis, ministros uerbi, & pauperum curā attinet, manet adhuc firma, ficut & id, quod per eas fignificatum est, nempe, ut fateamur & agnofcamus nos omnia è larga manu Dei accipere, & ita ad illius laudem uſurpare debere. Nihil tamen hic refert, decimis, oblationibus, æquofolario, aut alijs fouendos foueamus, modo præceptum charitatis non negligatur. Quod digni fint operarij cibo fuo, dominus ipfe dixit & Paulus diferte habet. 1. Corint. 9. Gala. 6. & 1. Timor. 5. Deinde quā Deus à nobis curam pauperum, uiduarum & orphanorum requirar, nufquam non est in facris biblijs cernere,  
det domi

De decimis  
nostris  
sequi.

det Dominus ut operibus ista exprimamus.

Decimarum originem, ut nunc res habent, non possumus certo scire, fortasse à principibus primum institutæ sunt. Nam gentium principes & magistratus, decimarum exactionem prædijs uel imposuerunt, uel impositam acceperunt, quæ admodum cuius patet, qui diligenter in historijs uersatus est. Neque est quod quisquam pius sibi conscientiam faciat, & alienis peccatis se communicare putet, eo quod malis decimas det, ut qui in aliena, scorta, canes & equos, istas prodigant. Postquam enim decimandi ius ferè ubique obtinuit, & magistratus non solum hoc tuetur, sed & exigit, parendum certe illi est, ut à Deo constituto, maxime uero, cum decimas dare per se, & impium non sit & fidei nihil abroget. Interim tamen uiderint, qui istis ut patrimonio Christi, quod uocant, abutuntur. Certe pontificia decreta hunc usum, perditissimum nesciunt, quæ pro dolor Germania hactenus passim uidit. Et ut homines isti fallant, tamen Deum nunquam, cui ratione reddituri sunt grauissimam, fallere poterunt.

Atque hic quidem homines qui moriuntur, decimas accipiunt: illic autem is, de quo testatum est, quod uiuat, & ut ita loquar, in Abraham decimatus

decimatus est etiam ipse Leui, qui decimas solet accipere. Nam is adhuc in lumbis patris erat, cū occurreret Abrahamæ Melchisedec.

Ostendere uoluit quantum Melchisedec sublimior sit Abrahamo, quādoquidē hic illi decimas dedit, hoc iam cōfirmās clarius dicit, nō tātū autē p seipso dedit, sed p sua profapia, & nepotib<sup>9</sup>, qui adhuc in lūbis ipsi<sup>9</sup> erāt. Reputauit em̄ se cū sua posteritate, tāquā laicus ad hūc sacerdotem Dei altissimi. Et ita auget, quod pro se & pueris nondū natis decimas dedit, hic actu ipso, illi uero potentia seu uirtute. Hic obiter discas pueros esse in potestate parentum. Non mirum igitur si in Adam omnes, tam infantes, quā adulti, peccasse dicamur, fuimus enim in lūbis illius, & pars parentum quodammodo. Summa, Melchisedec est sacerdos sacerdotum. nā huic aliī sacerdotes decimas dederunt. Nunc aliam causam excellentiæ affert. Aaron, Eleazarus, & aliī sacerdotes ex Leui, mortales fuerunt & decimas acceperunt, sed is de quo est testimonium, quod uiuat, decimas accepit. Dixi supra scripturam nō exprimere mortem Melchisedec, sed sublime quid in eo cōsiderādū nobis relinquere. Patris nomine hic ueniūt aui, attauī, abauī &c. Nam satis constat Abrahamum non

L

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD  
fuisse genitorem Leui.

Proinde si consumatio per Leuiticum sacerdotium erat, (nam in eo populus legem acceperat) quid preterea fuit opus alium exoriri sacerdotem, qui secundum ordinem Melchisedec, & non secundum ordinem Aaron diceretur?

Hebraei sacerdotum sui, atque ita ceremoniarum pertinacissimi, ne dicam supersticiosi admiratores, Apostolo hic obijcere potuissent: Quid hec dicis Paule? audes tu Melchisedec siue Christum & ipsius sacerdotium, Leuitis & illorum sacerdotio, quod Deus in tantum cohonestat, ut hoc vnice perficiamur & sanctificemur, præferre? Repõdet ad tacitam hanc obiectionem & dicit, fallimini sane vos, si sanctificationem proprie Aaronico sacerdotio adscribitis, Nã si hoc est, profecto superuacaneum erat, ut alius sacerdos per Psalten promitteretur, qui esset secundum ordinem Melchisedec, & haud quaquam secundum ordinem Aaron: maxime cum rei plene absolutæ, nemo alium qui absoluat supinducit, multo minus Deus omnium sapientissimus. Patet itaque Aaronicum sacerdotium cum suis ceremonijs non satis esse ad sanctificationem, atque adeo imperfectum & trãs

& transferendum .id quod statim post dicit. Obseruandum autem est, quod tres rationes ponit, quare sacerdotium Leuiticum insufficiens dicat. Prima est, quam iam audiuius, qd sit imperfectum, & ita transferendum. Secunda quod imbecille sit & inutile, quia neminem perficiat & sanctificet. Tertia, quod non sit cum iuramento constitutum, & ita nec perpetuum. Sed istas ordine videbimus.

Tribus rationibus probat sacerdotium Leuiticum insufficiens

Nam in uel sub eo Nempe sacerdotio, populus legem dandarum ceremoniarum accepit. Nam lex decimarum una cum sacerdotibus vim accepit. Iisdem uerbis ferè supra usus est, cum dixit. Præceptum habent, ut decimas accipiant à populo &c. Eam legem Leuiticæ acceperant, erant enim fouendi, ut qui propriam possessionem in terra non acceperant. Non opus autem est hoc intelligere de lege in genere, quæ multo præcessit sacerdotij institutionem, & sacerdotum inaugurationem, ut facile cuius patet. Neq; etiã per sacerdotes, uel sub sacerdotibus populus legem ipsam accepit, sed per Moysen uirum Dei.

**Quandoquidem translato sacerdotio, necesse est ut legis quoq; translatio fiat.**

Probat, quod iam præmisit, puta sacerdotium Aaronicum esse imperfectum. In operibus Dei, De abrogatione legis.

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

imperfectiori perfectius succedit. Bene ergo Dauid uigente adhuc sacerdotio Aaronico, de perfectiori sacerdotio uaticinatus est. Nam si Aaronicum perfectum fuisset, certe Christo conuenisset, quod tamen non est: translatum igitur est ut imperfectius, & simul cum eo lex, intellige decimarum & ceremoniarum. Non enim uideatur de tota lege esse accipiendum ut diximus, quæ non omnino abrogata est, sicut nec sacerdotium, quod translatum est à mortalibus sacerdotibus ad immortalem sacerdotem Christum. Hinc est quod Christus dicit: Non uenigem soluere sed ut compleam. Et quemadmodum pictor qui prius ducta lineamenta coloribus fucat & exprimit, non recte dicitur figuram tollere, sed potius absoluere: Ita & Christus quæ imbecillia in lege fuerunt perfecit & impleuit, & non peritus abrogauit. Nam una pietas & idem cultus Dei omnibus sæculis fuit, & erit in æternum. Nunc non obseruatur sabbatissimus Iudaicus, sed spiritualis, internus & perpetuus, neque caro præputij circumciditur, sed cor ipsum, ad hæc non offeruntur oues & boues, sed nos ipsi in hostiam uiuam Deo offerimur. & sic de alijs. Hoc dicto Apostoli, ridicule abusi sunt de ceteralium consarcinatores, dicentes sacerdotium translatum in Petrum, cum tamē à Christo nunquam in quenquam hominem transferri potest, perpetuum namque habet ut diximus. Electi quidem dicuntur

Pontificio/  
rū delirium.

dicuntur regale sacerdotium, sed participatiue,  
non plena administratione officij. Addunt. Vbi  
lex est, ibi necesse est ut etiam sacerdos & victi-  
ma detur. Fatemur, sed qualis lex est, tale etiam  
sacerdotium & victima sit oportet, nempe spiri-  
tuale & inuisibile. Præterea observa hic, quod  
argumentatio ex lege à ceremonijs nihil valet.  
Nam sunt istæ translatae, & in spiritum deductæ  
per Christum, sicut audiuius.

Nam is, de quo dicuntur hæc, ad  
aliam tribū pertinet, de qua nullus  
altari astitit. Palam est enim quod è  
tribu Iuda exortus sit Dominus no-  
ster. At nihil locutus est de sacerdo-  
tio Moses, quod ad hanc tribum  
pertineat.

Hoc dicere uult. Ecce Iudæe, non poteris tuū  
Aaronicum sacerdotium in tantum extollere,  
& perfectissima quæq; huic tribuere, postquā  
p̄pheta Dauid de hoc nihil locutus est, & Chri-  
stus ex tribu Iuda, & nō de tribu Leui ortus est.  
Ex Iuda autem nemo unquā altari astitit. Quia  
vero Christus ex Iuda exortus, & sacerdos cō-  
stitutus est secundum ordinem Melchisedec, re-  
linquitur sacerdotium de Leui ad tribum Iudā  
translatum esse, & ita imperfectum & insuffici-



ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

Quare  
Christus ex  
Leui nō sit  
exortus.

ens fuisse. Perpende hic, si regalis tribus non au-  
sa fuit sacerdotij dignitatem subire, pudeat illos  
merito, qui currunt post hanc anteq̃ mittantur  
secp̃ immiscerent ad quæ nōdum sunt vocati. No-  
tū est in quæ mala Dathan & Abyron, Chore,  
Ozias & alij se præcipites dederint. Porro De⁹  
non absq̃ summo consilio Christum saluatore  
nostrum ex Iuda exoriri voluit & non ex Leui,  
ne Iudei alioqui supersticiosi in suum sacerdoti-  
um, adhuc supersticiosiores fierent. Cæterū qđ  
Apostolus dignitatē atq̃ excellētiam sacerdotij  
Christi tā prolixè tractet nemo miret̃, certe res  
est maximi momenti, & ad fidem nostram ro-  
borandam mire utilis. Quod si quis cōsideret,  
quā Hæbrea gens sacerdotium suum, cæremoni-  
arūq̃ legis admirata sit, istisq̃ tutandis, tanq̃  
pro aris & focis depugnarit, nihil hic superuaca-  
neum esse cognosceret. Pergit Apostolus in insti-  
tuto & dicit:

Idēq̃ magis etiam liquet, siquidē  
ad similitudinem Melchisedec ex-  
oritur sacerdos alius, qui non iuxta  
legē mandati carnalis factus sit, sed  
iuxta potentiam uitæ indissolubilis.  
Testificatur enim ad hunc modū:

Tues

Tu es sacerdos inæternum secundum ordinem Melchisedec.

Ista est secūda ratio, qua Hebræis gloriatiōe sui sacerdotij adimit. Dicit enim esse carnale, & mox imbecille ac inutile. Porro q̄d carnale est, infirmum est, concidit & perit. Carnis namq̄, vocabulum, infirmitatē ostendit, ut Esaię. 24. Omnis caro scēnū, & omnis gloria eius, sicut flos campi. Et lex ferē in carnalibus tantum & perituris versata est. Caro enim circumcidenda, vestienda, purificanda, & nutrienda fuit. Deinde promissa sunt, pax, abundantia frugum, vini, olei, quæ & ipsa carnalia censentur. Aliud igitur sacerdotium uel alius sacerdos excitāndus erat, qui non esset carnalis, sed indissolubilis, neq̄ ad legem mādati spectaret, sed ad potentiā vitæ spiritum ipsum, vitāq̄ æternam. Quem admodum autem caro infirma est, & spiritus immortalis, ita sacerdotium Aaronicum inualidum atq̄ periturum, Christi vero potens & perpetuū. Obserua hic antitheses, quas posuit, lex mandati, & potentia vitæ, carnale, & indissolubile, & nunc tibi quid lucis effulgebit: deinde quid sit spiritus, virtus seu potentia vitæ indissolubilis, iuxta illam virtutem Christus constitutus est sacerdos secundum ordinem Melchisedec.

Caro infirmitatē significat.

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD  
Abrogatur enim quod præcessit  
præceptum, propter imbecillitatem  
& inutilitatem.

His uerbis superiora ipse interpretatur, cur  
legem carnalem dixerit, non quod ferè carnalia  
tantum tractaret, sed quod hominem non per-  
ficeret. Nam solam legem cognoscentes, lege fi-  
dei & spiritus neglecta, nō facti sunt consumati,  
sed qui utrūq; simul habuerunt, isti perfecti fue-  
rūt, quemadmodum Abraham, Dauid, & alij  
legem implentes, non ex coactione, sed sponta-  
neo spiritu. Lex externa, saluare neminē potuit.  
Nam iram operatur dum peccatum cognitum  
facit, ut in Romanis est, quamuis in se sancta sit  
& utilis, sed quia iures ad perficiendū quod præ-  
cipit, suppeditare non potest (Spiritus cō Chris-  
ti hoc est) fit ut quō illa magis urget, eo magis  
humana uirtus sauciat & rea fit, magisq; malū  
nobis adlubescit & ita remediū quod debebat  
esse, natura deprauata sibi in uenenū uertit.

Opera leg-  
is absq; fi-  
de Deus ab-  
ominatur.

Paulo ante, legem transferendam dixit, hic  
uero reprobendam seu abrogandam, id quod  
sano sensu accipiendum est, quod enim pietatem  
& spiritum attinet, unum & idem manet omni-  
bus sæculis. Opera legis absq; spiritu & fide, hæc  
demum sunt, quæ Deo semper summa fuerunt  
abominatio, id quod multis in locis prophetæ  
habent, ut Esai: 1. Ad quid mihi multitudo uicti-  
marum uestra

marum uestrarū, dicit Dominus, faciatu sum  
holocaustis arietum & adipe pinguium: & san-  
guinem boum & agnorum & hircorum non  
concupiui. Quis quæsiuit hæc de manu uestra?  
Et. Incensum abominatio mihi est. Nouilunia  
uestra & festiuitates uestras odiuit anima mea.  
Et Micheę. 6. Misericordiam uolo & non sacrifici-  
cium. Psal 40. Sacrificium & oblationem nolui  
sti. & 51. Holocaustis non delectaris. Vides hic  
reprobationem? sed externarum ceremoniarū  
tantum, quas Iudæi absq; omni fide & spiritu  
factas, usq; adeo extulerūt. Corpus quantumuis  
formosum, cadauer fit, si destituatur spiritu, sic  
omne opus, quantumuis in speciem decorum,  
perit, si nō accedat uiuificans spiritus. Debat  
lex uigere donec luce approximante abrogare-  
tur. Sed de his satis.

Nam nihil ad perfectionem ad-  
duxit lex: uerum erat introductio  
ad spem potiolem, per quā appro-  
pinquamus Deo, atq; hoc potiore,  
qd nō absq; iureiurādo res acta sit.

Alibi Lex pedagogus dicitur, hic uero intro-  
ductio ad spem meliorem, per quam Deo ap-  
propinquamus. Hoc autem dixit, ne quis putet  
legem à Deo frustra datam fuisse. Olim in lege  
sperabant ferè opes, longitudinem dierum, pæ-

Quid lex  
& cur data

L s

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD  
cem, sanitatem, & id genus alia: nos longe præ  
stantiora in Christo expectamus, remissionem  
peccatorum, & uitam æternam. Hæc est utili  
tas, quam in Christo accipimus, si illi fidamus.  
Libentius itaq; hunc audiamus, quàm quenq;  
ex Prophetis. Est em̄ uia, ueritas & uita.

Nam illi quidem citra iusiuran  
dum sacerdotes facti sunt: hic uero  
cum iureiurando, per eum qui dixit  
ad illum: Iurauit Dominus & non  
penitebit eum, tu es sacerdos in æter  
num secundum ordinem Melchise  
dec. Tanto potioris testamenti spō  
sor factus est Iesus,

Tertia ratio, quam ex his & proxime præce  
dentibus uerbis colligimus, cur Christus præ  
omnibus sit audiendus. Sensus est. Aaronicum  
sacerdotium conscientias nō pacificat & satiat,  
quemadmodum Christi, Nam ut abolendum  
aliquando, iureiurando non est confirmatum,  
esto à Deo institutum sit. Christi uero cum iure  
iurando confirmatum est, ut sit sacerdos in æter  
num. Præstat ergo infinitis modis. Quia autē  
ea prauitate cor nostrum est, ut ab agnata incre  
dulitate difficilime se abstrahi pariat, & si quid  
Deus pro

Cur deus  
uobis iuret

Deus promittat, statim cogitat, nihil est, alia enim sunt opera tua, quam ut quicquam hinc meriti tibi polliceri ausis, mereris extrema quæque: Deus ergo dementissimus pater, incredulitati nostræ subuenturus iurat nobis, neque eius poenitentia unquam ducitur, hunc Christum fore nobis sacerdotem perpetuum, intercessoremque vigilantissimum, modo ipsum audiamus.

Obijcias hic. Quid ergo respondebis ad illud <sup>Obiectio diluitur.</sup> Exo:26. & 30. Legitimum sempiternum erit Aaron & semini eius post illum. Quæro; quibus promittit legitimum sempiternum fore: nonne familiæ Aaronicæ quæ diu sacerdotio præfuit: sed hoc cessavit in Hircano, tempore Herodis ubi factum fuit sacerdotium uenale, indicium perfectioris quod tum instabat. Istis uoluit supercilium Iudaicum reprimere, & eos atque nos in certam fiduciam erigere totius felicitatis in Christo oblaræ, quam cum in animo secum reputat, pro nimio feruore & admiratione, epiphonemate hoc erumpit dicens: Tanto potius testamenti hoc est fœderis, sponsor factus est Iesus. Hic sane est fideiussor noster, atque adeo pignus salutis nostræ, huic si credamus nihil erit quod postea trepidemus.

Et illi quidem plures facti fuerunt sacerdotes, propterea quod per mortem non

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD  
tem non sinerentur permanere. At  
hic quod idem maneat in æternum,  
perpetuum habet sacerdotiū, unde  
& saluos facere ad plenum potest,  
qui per ipsum adeunt Deū, semper  
uiuēs, ad hoc ut interpellet pro illis.

Conclusio eorum est, quæ hæcenus de excel  
lentiā sacerdotij Christi differuit, hanc autē per  
multas antitheses probat, dicens: Illi puta Aaro  
nici sacerdotes erant plures, quod imperfe  
ctionis fuit, Christus unus est & perfectus, illi  
erant mortales, hic immortalis: illi opus habue  
runt successoribus, hic nullis: illi absoluere nihil  
potuerunt, hic potest omnia, atq; adeo saluat ad  
plenū, quotquot per ipsum Deum adeūt, pro  
quibus etiam interpellat,

Obseruandum autem nobis est, quod dixit.  
Vnde saluare ad plenum potest, & semper ui  
uens ad hoc &c. Nam hinc potentiam pontifi  
cis nostri, & promptam uoluntatem pro nobis  
intercedendi colligimus. Neutrum enim absq;  
altero cōscientiam nostram satis pacificare pos  
set. Quia autem certi sumus, eū & posse & uelle  
nos saluare & perficere, non est quod de salute  
addubitemus, modo per ipsum accedamus ad  
Deum, ipse em̄ est uerum ostiū. Deinde & hoc  
obseruandum

obseruandum contra Pontificios, q̄d dixit Christus habere perpetuum sacerdotium, & ita illi non opus esse tanq̄ mortali, uicario, esto enim quod confideat ad dexteram patris, tamen nobiscum uult esse usq̄ ad cōsumationem sæculi, ecclesiãq̄ suam, hoc est, electos spiritu suo, quẽ opulente in illorum corda effudit, regere & conseruare. Utitur quidem ministris Apostolis, & alijs ad hoc, sed salua sua dignitate: isti em̄ sunt tantum organa per quæ agit, ipse autem incrementi dator unus & solus. Certe si aliud sacrificium esset post Christum, Christi nõ fuisset neq̄ perpetuum, neq̄ perfectum. Videant hic Pontificij, quid sibi arrogant.

Christo nõ  
opus habet  
vicario.

Talis em̄ decebat, ut esset nobis pontifex, pius, innocēs, impollutus, segregatus à peccatoribus, & sublimior cœlis factus, cui non sit quotidie necesse, quemadmodũ illis pontificibus, prius pro proprijs peccatis uictimas offerre, deinde pro peccatis populi. Nam id fecit semel, cum semetipsum obtulit.

Dixit Apostolus supra, quomodo Christus à Deo cōstitutus sit sacerdos secundum ordinẽ Melchisedec



ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

Quomodo  
Christus sa-  
cerdotio  
fungatur

Melchisedec, uolens nimirum spem Hebræorū & nostram ita confirmare, nūc dicturus est quomodo ille, sacerdotio suo fungatur, quātoq; honore. Neq; enim satis est inaugurari sacerdotio, oportet etiam uidere quā sancte & inculpate quis in eo se gerat, quāq; diligētia officiū sibi demandatum obeat, id quod nunc de Christo pulcherrimo ordine docebit. Sanctitatem autē pontificis primo proponit, Inquiens: Talis enim debebat ut esset &c. Sanctissimū sacerdotem Christum ponit, modisq; omnibus perfectum, siue pietatem spectes erga Deum, siue iustitiam & innocentiam erga proximum, siue puritatē erga seipsum, nihil est quod in eo desiderare possis. Et ita plenam eius iustitiam commendat.

ῥόσιος  
quis.

Pius ῥόσιος dicitur, qui pie in rebus diuinis versatur, & res sanctas sancte tractat, quod in primis sacerdotū est, ne illotis manibus sacris assistāt. Atqui in rebus Dei, Christi<sup>9</sup> sanctissime se gessit, patri per omnia obediens fuit, iuxta illius præceptū operatus est, & inclita vasa Dei, hoc est electorum animas emundatissima fecit, atq; adeo suo sanguine purificauit. Avόσιος autem hoc est prophanus dicitur, qui contrarium facit, quales fuerunt filij Aaron, Nadab & Abihu, qui acceptis thuribus, intulerunt alienum ignem ante Dominum, & repēte ignis ob hanc temeritatem eos corripuit & perdidit. Leuit. 10. **Caveant ergo quibus animarum cura deman-**  
data est

data est ne alienas doctrinas in templum Domini, quod nos sumus inferant, nisi velint sibi gehennæ incendium accersere, & zelum Dei pro suis electis experiri.

Innocēs ἁκακος, q̄ est absq̄ omni libidine offendēdi proximum : κακία em̄ proprie significat libidinē offendēdi, qua dictione sæpiuscule Paulus vtitur. Interpretæ habet innocens, qui nemini uel lingua uel manu, uel alijs studijs nocet. Mira autē fuit Christi innocentia erga omnes, qui cum maledictis incesseretur, non regessit maledicta cum malis afficeretur, non minabatur, ut est .1. Pet. 2. imò pro crucifixoribus suis orauit, odientibus se, ægrotos curauit, cæcos respicere fecit & mortuos resuscitauit. Recte itaq̄ ob hanc suam innocentiam agno & ouiculæ in scripturis comparatur.

ἁκακος  
quis.

Impollutus ἁ Reuera Christ⁹ in corpore suo fuit omnium mundissimus, Conceptus em̄ est de spiritu. nat⁹ per omnia sanctus & impollut⁹ absq̄ omni labe peccati. In lege sacerdotes uarijs modis polluebant, ut si quis attigisset morticinū, si uino usus esset tēpore sacrificij, si attigisset leprosum, menstruosam, & his similia, habebatur vsq̄ ad uesperam pollutus. Exigebatur em̄ ab illis per legem, ut essent quàm mundissimi. Et quamuis Deus cadauera mortuorum, uel suillam carnē per se immunda non censeat, sed multo magis prauos animi adfectus, tamen ab  
istis pol

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

istis pollutionib<sup>9</sup> tū cauisse nō obfuit, nos in noua lege scimus, puris omnia pura, & nihil qd in os ingreditur, polluere posse hominem, sed quod egreditur. Matt: 15.

Quatenus  
peccatores  
uitandi

Mat. 11.

Segregatus à peccat: ¶ Sacerdotib<sup>9</sup> legis preceptum fuit, ne cohabitarent peccatoribus, neq; cum prophanis miscerentur, facile enim ex consuetudine malorum aliquid uitij imbibimus, cū omnes natura ad prauitatē propendemus. Sed cum Christo aliud est, qui nec peccatū fecit, neq; ad hoc prodiuis fuit. Atqui in corporali segregatione, res sita non est sed animorum, que fieri potest uel in medio peccatorum. Nā Esaias ca. 6. conqueritur se habitare in medio populi polluti labij. Ezechiel. ca. 2. cum scorpionibus, & sic de alijs prophetis, tamen interim mundi ipsi, & Deo grati fuerunt. Deinde Christus ipse, publicanis & peccatoribus, quibus potissimum saluator aduenerat, ita conuixit, ut audiret à pharisæis, amicus publicanorum & peccatorum: cū tamen animo ab illis, ut peccatoribus, alienissimus esset, ut sanabilibus autem, omnium proximus. Neq; enim illorum peccatis uel adblanditus est, uel contagio illorum sanctissimus infici, ne dum suo conuictu peccatorum approbator uideri potuit. Nos quam diu in hoc mundo fuerimus, malis cohabitabimus, imitemur ergo exemplum Christi & nihil nobis oberit. Nam consortium malorum in externis neminem con-

nemī contaminat, sed in internis, puta peccatis, alioqui malos vitaturis, egrediendum foret ex hoc mundo.

Interim tamen dicimus, neminem vnquam ita à peccatoribus siue peccatis segregatū fuisse, vt Christum. Accessit quidē illos, sed vt medicus ad ægrotos. Nunc vero postquam cœlos cōscendit, est omnium maxime à peccatoribus segregatus, olim segregabimur & nos, cū hædorum & ouicularum separationem iudex sæculi faciet.

Sublimior cœlis factus ] Cœlos hic intellige, non solū corporeas machinas, quibus sublimior, etiam secundum humanam naturā factus est (nam secundum diuinā exaltari non potuit) sed & sanctos ipsos, quos scriptura aliquoties cœlos vocat. Nam in omnibus ipse primas tenet, & sanctus sanctorū iure appellatur. Supra cap. 4. eadem habentur, cum dicit. Qui penetravit cœlos &c.

Cœli, pro sanctis.

Cui nō sit necesse ] Quia nihil peccati seu maculæ in Christo fuit, nō opus habebat pro proprijs peccatis uel orare uel offerre, quemadmodum sacerdotes Leuitici ex lege tenebantur, idq; quotidie, primum pro suis, deinde pro populi peccatis: tanto magis ergo miseri illi fuerunt, & quantumuis sancti, non tamen peccatis caruisse potuerunt. Habes præceptum hoc Leuitici. 9. Quidā anxie laborant, quo patriarchas, puta

Temere patriarche de peccati. excusentur.

M

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD  
Abraham, Isaac, Iacob, David Noe, Lot, in ali-  
quibus factis peccatis eximant, sed quam im-  
prudenter, facile apparet. Fateamur quæso &  
iplos homines fuisse, iam si homines fuerunt,  
quid mirū si humani quid passi sint: Vbi scrip-  
tura non excusat, neq; nos excusemus. Solius  
Christi est hæc gloria, ut prædicetur esse absq;  
omni macula. Nam vere cum Apostolo dicere  
nobis licet: Conclufit Deus omnes sub incredu-  
litate, ut omnium miseretur. Certe sacerdo-  
tes Mosaici, qui tamen debebant esse omnium  
sanctissimi, non tantū originali peccato, sed &  
quotidianis innumeris peccatis succubuerunt:  
quis iam ex plebe innocentiam suam ausus fu-  
isset prædicare: In eo ergo, quod pro suis ipso-  
rum peccatis orarunt & sacrificarunt, testati  
sunt indigere se alio sacerdote & intercessore,  
quemadmodum & populus. Nec mirum hoc,  
quia ex eadem peccatrice massa sumus omnes,  
quotquot in Adam mortui sumus.

Nos qui Christiani & regale sacerdotium ap-  
pellari uolumus, par est ut Christum & sumū  
nostrum Pontificem referamus, n̄sdē uestigijs,  
nostro tamen modulo fortiter insistam⁹, cuius  
spiritus si uere in nobis habitat, operabitur ut  
pie, iuste, & sobrie uiuamus in præfenti sæculo,  
expectantes beatam illam spem & apparitionē  
gloriæ magni Dei, ut Tit. 2. Simus ergo & nos  
p̄i, timeamus Deū, & cogitemus quo ille nos  
vocat

uocari, quod sit officium nostrum: deinde studemus prodesse proximo, illi per omnia in Domino placere, innocenter uiuere, facientes cuique quæ nobis fieri uellemus, postea eam sobrietatem & continentiam uitæ sectemur, ut crapulam, ebrietatē, aleam, scortationem, & id genus pollutiois tanquā pestes fugiamus. Adhæc ita nos segregemus à peccatoribus & malis, ut uideamur non homines, sed peccata odisse, & emendationem atque adeo salutem illorum ex animo quæsiuissse. Hæc enim est Christiana uita, quæ cum ab omnibus promiscue requiritur, maxime tamen omnium à uerbi ministris tanquam exemplaribus gregis, quos uiuendi normam, salutem terræ, & lucem mundi esse, omnino necesse est.

Nam id semel. ¶ Hactenus de sanctimonia summi sacerdotis nostri, nunc quomodo functus sit officio, quanto honore, quantaque perfectione. Semel, hic positum, explicat quod Paulo ante dixerat: qui non quotidie &c. & est perfectionis nota. Nam perfectio Christi maxime hinc peruidetur, quod ipse unico opere perficit, quod Leuitici ne multis quidem potuerunt: perfecit autem tum, cum seipsum patri pro nobis in cruce obtulit. Pudeat hic Pontificios, qui Christum denuo in impia Missa offerre se, blasphemare audent, Apostolus habet SEMEL & SEMETIPSUM, id quod obseruandum. Unica namque ista oblatio, sufficientissima efficacissimaque

Christus semel tantum se obtulit.

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

est omnibus saluandis, atq; ita, ut nulla reiterati  
one porrò opus sit. Verū de his infra copiosius.

Siquidē lex homines constituit  
pontifices, habentes infirmitatem.  
Porrò sermo iurisiurandi, qui supra  
legem fuit, filium constituit inæter  
num consummatum.

Maxima est differentia inter reliquos sacer  
dotes & summū, inter seruum & dominum,  
ministrum & filium, id quod & supra copiose  
audiuimus. Lex homines mortales, & peccatis  
obnoxios pōtificates cōstituit: sermo uero iurisiu  
randi, pluris nimirum æstimandus lege, filium  
Dei consummatum per omnia, æternum Pon  
tificē constituit. Christus, si nō fuisset filius Dei,  
eiusdemq; cum patre potestate, mirum nō esset,  
si illius sacrificium putaretur imperfectum, hoc  
autem non est, piaculum ergo sit aliter de illo ut  
perfectissimo, ita & efficacissimo, sentire.

CAPVT VIII.

Cæterum eorum quæ dicimus, il  
lud est caput, quod talem habemus  
pontificem, qui consedit ad dexterā  
throni maiestatis in cœlis, sanctorū  
admini

administrator, ac ueri tabernaculi,  
quod fixit Deus, & non homo.

Pergit nūc de autoritate Christi pontificis lo-  
qui, quamuis hanc & superius delibauerit. Ver  
ba ista: Cæterum eorum quæ dicimus, illud est De autori-  
tate Christi  
pontificis.  
caput, uidentur mihi cōmodius ad superiora,  
quàm subsequentiā esse referenda, ut caput seu  
scopus dictorū sit, Christum sacerdotem no-  
strum in æternum consummatum, esse filium  
Dei, imò non solum caput, sed & Euangelium  
nostrum, quod prædicamus. Huc namq; omnia  
diriguntur, ut agnoscat<sup>r</sup> esse filius Dei, & in se  
credentes solus saluare. Nam alioqui proprie-  
tas, linguæ ὅτι particulam interponi exegisset.  
Verum si quis ad sequentiā referat, & initium ca-  
pitis octauū dicat, cum hoc non maximopere  
contenderim.

Pontificem qui consedit. ¶ In Christo inueni-  
mus summam autoritatem seu dignitatem.  
Consedit enim ad dexteram throni maiestatis  
in cœlis, hoc est, uere filius Dei est & æqualibus  
cum patre bonis potitur. Nam hoc sibi modus  
iste loquendi uult, sicut & supra diximus. Per  
thronum autem maiestatis, Deitatem intelligit,  
sicut nos per imperatoriam maiestatem, Cæsa-  
rē. In cœlis, addit, quia in inuisibili gloria luceq;  
inaccessa Dei est. Sublimiora enim sunt ista,  
quàm ut humanis sensibus percipi queant. Por-



ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD  
ro hic obserues, quàm magnifice Apostolus de  
Christo loquatur, quē satis Hebræis predicare  
non potest, nimirum ut maximi illis fiat, fideq;  
amplectatur & colat. Rex in throno maiestatis  
cōsidēs, maxime honorabilis uidetur. Sic Chri-  
stus ad dexteram throni maiestatis confidens,  
sumo honore conspicuus est, & quia fedet, signi-  
ficatur eum nunc suo officio defunctum, quiete  
agere: Angeli dicuntur stare, nam hoc inferiorū  
& ministrorum est peculiare.

Sanctorum administrator. ] Vbi summa est  
autoritas, ibi decet ut etiam summa sit humili-  
tas & modestia. Et quo maior dignitas, eo ma-  
ior etiā sit seruiēdi omnib<sup>9</sup> promptitudo. Talis  
est noster pontifex. Bisariam autem Christus ser-  
uire nobis dicitur, uel ut seruus, atq; hoc semel  
per tempus dispensatiōis, dum pro nobis mor-  
tuus est. Venit enim non ut sibi ministraretur,  
sed ut ipse alijs: Mat. 20. uel ut Dominus, dum  
iam spiritum suum nobis impertitur, dona &  
meritum sanguinis sui ad instaurationem eccle-  
siae suae largitur. Atq; ita etiamnum fungitur  
ministerio suo, salutemq; saluandorum perficit.

Sunt qui genitiuū ἀγιωπ, referant ad sancta,  
ego pro ipsis sanctis accipio, simplicius em̄ est,  
& sequentia quae vice expositionis subiiciuntur,  
hoc exigere uidentur. Cæterū familiare est scrip-  
turae, sanctos vocare, tabernaculum, templū,  
ciuitatem, domum, ecclesiam, eò quod Deus il-  
lorū pecc

Quomodo  
Christo no-  
bis seruiat

Electoꝝ  
ueria nomi-  
na.

lorum pectora inhabitet, & gloriam suam in eis explicet. Veri, et quod fixit Deus & non homo, additur, ad differentiã Mosaici, in quo Deus qualemcũq; sui præsentiam exhibuit, fuit autem illud, veri tabernaculi typus seu umbra.

Obseruandum & hic, quod dicit, Deus fixit: Alludit enim ad terrena tabernacula, quæ solent figi paxillis. Omnes electi ante mundi constitutionem ab æterno prædestinati sunt ad vitam & sanguine Christi in librum vitæ inscripti. Atqui hæc est certa fixio seu firmario ecclesiæ & tabernaculi sanctorum, propterea portæ inferorum ei non præualebunt, ne dũ flumina cum ventis: habet enim pro fundamento, Christum, nõ Petrum, Paulum, aut quẽquam hominem. Patet igitur temeritas Pontificiorum, dicentium esse caput ecclesiæ & fundamentum.

Omnis enim pontifex ad offerendum donaria & uictimas constituitur: unde necesse est, ut hic etiam habeat aliquid, quod offerat.

Christum dixit esse ministrum sanctorum, & quia sacerdos est, recte colligit ei necesse esse, ut habeat quod offerat. Alij sacerdotes multa olim obtulerunt, hic aliquid, non multum, preces nempe, deinde seipsum hostiam viuam patri, idq; semel obtulit, cuius sanguis etiamnum

intercedit pro nobis, & sufficientissimus est ad expiationem peccatorum nostrorum. Temerarium sane fuerit asserere, quod Christus adhuc offeratur, quēadmodū propugnatores Missæ blaterant, certe hoc fundamento niti, est inniti arundini. Nam hac ratione sola Christus sacerdos dicitur, quod seipsum obtulit.

Nam si esset in terra, ne sacerdos quidē esset, ubi sunt sacerdotes, qui offerunt iuxta legem donaria, quæ quidem exemplari & umbræ deseruiunt coelestiū, quemadmodū oraculo responsum est Moyysi, cū esset absoluturus tabernaculū: Nam uide, inquit, ut facias omnia secūdū exemplar, quod ostēsum est tibi in mōte

Christo coelestis sacerdos est

Vide autoritatem Christi, coelestis est, & non super terram, alioqui non esset verus sacerdos, quia non est ex tribu Leui sed Iuda, queramus ergo eum in coelis ad dexteram patris. Ille non offert donaria & leuia illa externa, ut sunt oues, boues & similia, sed seipsum, vnicoq; suo sacrificio, ista omnia absolutissime cōplectitur. Iam qd dixit scripturis approbat. Exod. 25. & dicit ea quæ in lege præcesserunt, umbram fuisse veritatis in Christi

tis in Christo subsequituræ. De tabernaculo & apparatu eius suo loco dicitur, erant enim ista umbræ & exemplaria subducentia ad cœlestia.

Nam vide, inquit, ut facias ] Quodnam fuit illud exemplar: dicas. Ecclesia Dei, & electi in librum vitæ inscripti. Hunc typū, Mose primū vidit in monte, ut per suum tabernaculum significarentur ea, que futura postea essent in ecclesia. Imaginarium hoc exemplar fuit quod vidit in spiritu, nempe Christum venturum, tabernaculum & ecclesiam erecturū, in quam effunderet de spiritu suo. Hoc cœleste tabernaculum & perfectū omnibus fidelibus veteris testamenti aliquo modo cognitum fuit, verum, hoc solus Christus inhabitat. Iudæus hic dixerit, simplex exemplar depictum & propositum fuit, quod Deus imitari Mosen voluit: Nihil hoc est, sublimius enim quid hic considerandum fuit, & quod oculi spiritus, non carnis peruidere potuerunt.

Exemplar  
in monte  
visum, eccle  
sia.

Observandū autē, ubi figura est, ibi etiā figurati quippiā, ubi exemplum, ibi & aliquid ei respondens. Sacerdotium Aaronicum, ad exemplar seu speciem alterius sacerdotij institutū est. Non mirum igitur si Moses in spiritu vidit aliud, nempe Christi sacerdotium, & præter externum, etiam verum tabernaculum.

Nunc uero hoc excellentius fortitius est sacerdotium, quo præstanti

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD  
oris est testamenti intercessor, quod  
in præstatoribus promissis sancitū  
est.

Mediator  
Civitas.

Malo hic legere, præstantiorem administra-  
tionem. *λῆϊτος* locus publicus erat apud Athe-  
nas, in quo sacrificabatur. *ἔργον* opus signifi-  
cat, hinc *λειτουργός* & *λειτουργία*. Est autem  
vtraq; generalis vox quæ non solum de sacer-  
dotio, sed & de publicis negocijs dici potest.  
Vfus est Apostolus initio huius capituli, & in fi-  
ne primi, de angelis. Vult dicere. Ne putes Chri-  
stum contempibili aliquo ministerio fungi, nã  
tanto sublimior minister est, quanto sublimius  
testamentū & fœdus per ipsum habemus. Ipse  
est cõciliator summi fœderis, & mediator, eo qđ  
per hoc fœdus longe meliores promissiones no-  
bis sancitæ sunt, quàm Iudæis. Illis quidem pro-  
missum ferè regnum terrenum, opes, pax, tran-  
quillitas, bonus aër, & his similia: Nobis vero  
æterna bona, remissio peccatorū & coelestis pa-  
trix hæreditas. Istis hoc vnū sēper vrget, Chri-  
sti sacerdotiū esse longe sublimius, quàm vetus.

Etenim si prius illud tale fuisset,  
ut nihil posset in eo reprehēdi, haud  
quaq; fuisset secūdo quæsitus locus.

Ratio est ad præcedētia, *ἐκεῖν* potest referri  
uel ad

uel ad ministerium uel ad testamentum. Probauit ex dicto Mose, aliud tabernaculum & ita sacerdotium fuisse, sed non probauit prius tabernaculum abolendum. Potuisset enim quis illi obijcere. Ex adducto loco ego nuncq; collegero tabernaculum & veteres caeremonias fuisse abrogandas. Alium itaq; locum & magis perspicuum adducit, quo abrogationem istarum docet. Scribit autem ita.

Nam incusans eos loquitur illis: Ecce dies uenient, dicit dominus, & consummabo super domum Israēl, & super domum Iuda testamentū nouum, nō iuxta testamentū, quod feci patribus illorum in die cum apprehenderem manum illorū, ut educerē eos ex Ægypto: quoniā ipsi nō perstiterunt in testamento meo, & ego neglectui eos habui, dicit dominus.

Testimonium illud desumptum est ex Hieremie cap. 31. Reprehēdit autē Propheta Iudeos, quod non firmi in lege illis data perstiterunt. Legem Deus non culpatur, sancta enim est, esto quid in

Nouū fœdus.

quid in ea desideraretur, puta quod hominem perfectum reddere seu iustificare non potuit. Paulus quidem nullius rei sibi conscius fuit, sed non per hoc iustificatum se fatetur. 1. Cor. 4. Cæterum Hieremias hanc promissionem, inter cæteras ponit, felicitatem & novum fœdus promittens Ihs, qui ex tribubus à Babylone venerant,

Dies novissimi.

Ecce dies venient, Hoc est, in diebus novissimis hoc futurum est. Dies novissimi, in scripturis dicuntur dies Christi, & plenitudo temporis. Autor Epistolæ huius, quemadmodum & supra monuimus, iuxta LXX. interpretæ testimonium videtur, & non iuxta Hebraicam veritatem, quæ hic habet non *σωτελεσω*, perficiam siue consummabo, sed *יָרֵב* feriam novum pactum. In quo videmus Apostolos, & veteres non nimium superstitiosos fuisse in adnumerandis verbis, si sensus probe redditus esset. Discamus etiam nos, ne nimium hic anxii simus, modo non aberramus à germano scripturæ sensu, quod si quis potest accedat ad fontem, & hauriat. Quod dixerim, ne statim ubi quis vocula aberrarit, audiat falsarius, alioqui & LXX falsarios dicemus.

Domus Israël & Iudæa ecclesia.

Super domum Israël, Scimus Christianos veros filios Abrahamæ, & veros Israëlitas esse. Unde hic per Israël & Iudam ecclesia intelligenda venit, in qua sunt electi & spirituales filii Abrahamæ. Notandum autem, quotiescunque propheta domum Israël & domum Iudæa coniungunt, certum esse

tum esse de Ecclesia eos loqui: cum autē domū Iuda solum ponunt, rectius Iudæos intelligas, quantum ad historiam attinet, quamuis & in hoc sæpius mysterij quiddam subsit. Porro manifestum est, quod istæ decem tribus in terram promissionis nunquā redierunt, & quod scriptura impleta sit per Christum, & nequaquam per Esram, sicut Iudæorum quidam, locum hunc calumniantes, falso audent dicere. De quo Augustinum vide.

Testamentum novum ] Hoc est, fœdus innovatum, seu pactum. Hebr. ברית habetur. Certum est, quod in monte Sina Dominus cum Iudæis fœdus inijt, eos in populum peculiarem assumens, atque ob hanc causam ex Aegypto, crudelissima servitute, eos quasi inuitos eduxit (id quod postea satis testari sunt suis tam creberrimis obmurmurationibus) & per mare rubrū salvos perduxit, postea eis legem, cæremonias, & iudicia sua dedit, & ita pactum sancivit, verum ipsi, qua erant cervicofirata, in pacto non perstiterunt. Hoc proprium est in sanciendo fœderibus, ut primum duæ partes sint, deinde certas quasdam conditiones siue leges utrimque ponant & recipiant, quod ubi factum est, ratum ferè habetur fœdus. Cõditiones hic fuerunt istæ, Deus, inquit, Ero Deus & protector tuus: Populus è contra, Ero populus tuus & audiens dictis, secundum omnia legis verba. Postremo conceptus

Modo sanciendo  
fœderum



ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

conceptis itaq; conditionibus, fœdus confirmatur sacrificio aliquo uel alijs quibusdam cæremonijs, id quod apud Iudæos in usu fuit: uelhibitione sanguinis, quemadmodum gentiles fecisse leguntur. Verum quomodo illi pacto steterint, statim sequetur.

Non iuxta testamentū ] Explicat quale nouū pactū futurū sit, copiosius tamen infra. Fuit enim absq; cæremonijs necessario obseruādis.

Quoniam ipsi nō prestit. ] Pro ἡμελιστα αὐτῶν, neglexi eos, Hebr. habet דם יקרעב, dominatus sum in eos, q. d. quamuis ego Dominus & Deus illorum fuerim, cui ipsi obedientiā polliciti fuerant, & nihil omnino quod illorum salutis erat intermisi, tamen ipsi priores fœdifragi facti sunt, & pactum hoc irritū fecerunt, certe culpa illorum est quod sint abiecti. Quia autē ipsi primo sefellerūt, & uitulū erexerunt aureum, non est nunc quod me liget, neglectū igitur illos habui, atq; ita fœdus ruptum est.

Nam hoc est testamentū, quod disponam domui Israēl post dies illos, dicit Dominus, dās leges meas in mentem illorum, & in corde illorum inscribam illas: & ero illis Deus, & ipsi erunt mihi populus. Et nō  
docebunt

docebunt quisque proximum suum,  
 et unusquisque fratrem suum dicen-  
 tes, cognosce Dominum, quod om-  
 nes cognituri sint me, ab eo qui pu-  
 sillus fuerit inter eos, usque ad eum, qui  
 magnus est inter illos: quoniam pla-  
 catus ero super iniustitijs illorum &  
 peccatis eorum, & iniquitatum illo-  
 rum non recordabor amplius.

Olim in tabulas lapideas leges inscribebantur, nunc in carneas, hoc est, corda & intima suorum Deus inscribit, atque adeo spiritu suo efficit ut effectus illorum & cogitationes omnes in suam uoluntatem propendeant. Cōsimilē loquē di modum Paulus habet. 2. Corinth. 3. Epistola nostra uos estis &c. à nobis inscripta, non atramento, sed spiritu Dei uiuentis: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnis. Et ita uides, quod dare legem in mentem, & inscribere legē in cor, nihil aliud esse, quàm dare spiritū sanctū, qui corda regneret, imuter & inuouet, ut iam placeant, à quibus prius abhorrebamus, diuina. Hunc spiritum ubi accipiemus, constabit inter nos & Deum foedus æternum. Quæras hic. An non qui prius fuerunt ante Christi aduentum, ut Abel

Dare legē  
 in mentem  
 quid.

ut Abel

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

ut Abel, Noe, Abraham & alij, etiã in hoc fœdere fuerunt: & si hoc est, quomodo nouum dici potest? Respondeo. uicq; fuerunt, postq; Deo placuerunt, quod fieri nō potuisset, nisi de illius spiritu participassent, atq; hoc ut filij Dei acti fuissent: tamen tum nōdum fœdus hoc fuit reuelatum, sicut nec plenitudo temporis aduenerat. Certe Christus ipse testimoniū fert Abrahamo quod uiderit diem Christi, & gauisus sit. Porrō nouum ideo non dicitur, quod re ipsa nouū & aliud fœdus a priori sit in substantia, quæ sane eadē semper fuit, sed quod nouo quodam modo & ratione sit sancitum. Nam olim unum Hebræorum populum, iam uero omnes populos terræ, hoc est, ex omnibus nationibus aliquos sibi elegit & assumpsit: Deinde quos oli assumpsit, tenuiore spiritu, donauit, & ita multis ceremonijs alligauit, nunc autem amplissimo spiritu suos donat paucissimisq; ceremonijs adstringit. Et ea differētia inter nos & eos, qui ante Christum crediderunt. Copiosius ista annotantur a nobis in Hieremiam, quem si libet consule.

*Nouū test.  
cur dicitur.*

Et non docebunt quisq;. ¶ V. d. quotquot in hoc fœdus assumuntur, Deum cognituri sunt: habent enim unctionem interne docentem, ut, quod ad salutem attinet, nihil opus sit qui huc uocet, uerum tamen quod ad profectum in ea facit, uerbum doctrinæ & exhortationis nunquā postponent. Et isti uere dicunt à Christo

*θεοδία  
δ'ακ'66*

*ἀνατολ.* Ioan. 6. Hoc loco quidam mira Satanae astutia abusi sunt ad tollendum ministerium verbi ex ecclesia, sed quam foede lapsi sint, prius satis manifestum est. Non enim de expedita facultate enarrandarum scripturarum sermo est, sed de scientia timoris Dei, quae spiritus cordibus piorum, nouo foedere obtinente sit inditurus.

Quoniam placatus ero. Postquam tam amplissima beneficia suis Deus promisit, causam cur id faciat, nullam habet aliam, quam meram misericordiam, qua illos dignetur. Hoc autem precipuum est in nouo testamento seu foedere, ut Deus nobis peccata nostra remittat, & suo spiritu in nouam vitam regeneret. Ipse est qui prior nos dilexit, id est nullis nostris inuitatus meritis. Obserua autem quod dicit: Et iniquitatum illorum non recordabor amplius, facit enim ad maiorem misericordiae Dei erga nos expressionem, animosque piorum ita erigit, ut nihil magis. Iam si iniquitatum ne recordari quidem Deus uult, multo minus culpae, quod est contra eos, qui blasphemie dicunt, Deum quidem peccatum remittere, sed culpam reseruare sibi, quasi uero Deus in malis nostris letetur, carnificemque aliquem in nos agat.

Remissio  
peccatorum  
primum in  
nouo foedere  
re.

Per hoc quod dicit, nouum, antiquauit prius. Porro quod antiquat ac fenescit, in propinquo est ut euanescat.

N

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

Colligit ex dictione, nouum, vetus fuisse abrogandum, maxime quod sacerdotium & cæremonias attinet, de quibus paulo supra satis disseruimus. Et est alterum testimoniū, quo id probare voluit.

Iudeorum  
error de cæ  
remonijs  
legis.

Cæterū quia hic locus Prophetæ, vnus exprecipuis est, quo Iudæorum error conuellitur, & scripturas sacras ita tractare nos oportet, ne ridiculi aduersarijs nostris simus, imò contradicentes redarguere possimus, libet hic errorem illorum recensere, atq; ita fidem nostrā firmare. Iudæi contra hunc locum Hieremiæ sentiunt, omnino cæremonias ipsorum duraturas esse in perpetuum, in quam sententiam etiam temporibus Apostolorum multos traxerunt: Vnde exorti sunt Nazaræi & Ebionitæ hæretici qui legis cæremonias cum Euangelio seruandas censuerunt. Inter alia autem obijciunt de circumcissione. Gene. 17. Et erit foedus meum in carne vestra in foedus æternum לברית עולם. Item de custodiendo sabbato. Exo. 13. Custodient filij Israël sabbatum, ad faciendum sabbatum in generationes eorum pactum æternum & ubi toties legitur לועולם æternum, Item de pascha Exo. 12. Erit hæc dies vobis in memoriale, & solennizabitur eam solennitatem domino in generationes vestras, lege eterna. Item de primitijs frugum offerendis, solennitate Pentecostes, oblationibus, alijsq; sacrificijs, Adhæc de die propitiationis

pitationis, & de panibus propositionis dicitur:  
 præceptum **עולם** sempiternum generationi-  
 bus vestris erunt cunctis habitationib<sup>9</sup> vestris.  
 His & similibus locis nos exagitant, quasi non  
 seruemus legem, cui tamen ad huc obnoxij si-  
 mus, puta in perpetuum duraturæ. Et profecto  
 qui ista audiunt & scripturæ proprietatem igno-  
 rant, possent hic nonnihil subdubitare. Verū  
 quā infideliter cū ipsorū lingua agant, paucis  
 indicabo. In locis adductis, **עולם** perpetuū,  
 cōtinuū, sæculum, seu durans aliquanto tem-  
 pore significat, & nō æternitatē subsequentiū  
 sæculorum. Sic in Genesi, circumcisio debuit du-  
 rare in æternum, hoc est nequaquam intermitteri,  
 quamdiu lex ipsa vigeat. Quod autē non sem-  
 per æternitatem sed tempus constitutum seu du-  
 rationem significet, probabimus ex. 1. Reg. 1. ubi  
 sic legimus: Adducam eum, & apparebit ante  
 conspectum Dei, & morabitur ibi **עולם**, in  
 sæculum, nempe quanto tempore Leuitę mini-  
 strabant, id autem annos quinquaginta dura-  
 bat. Num: 8. Idem patet ex Deut. 15. Accipies  
 subulam, & dabis eam in aurem eius, & in ianu-  
 am, & erit tibi seruus **עולם** id est sæculi. Verte-  
 runt in æternum, cum seruus æternus non esset,  
 deinde liber fieri potuit domino suo uel morien-  
 te uel iubileo approximāte. Atq; in hunc modū  
 etiam ipsi Iudei exponunt. Iam si hic illis **עולם**  
 ita interpretari licet, quid prohibet ut illud Hie-

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

remie de cæremonijs nō pari modo exponant,  
 quas tam certo abrogandas prophete passim  
 prædixerunt? Dauid Kimhi obicit pro errore  
 Iudaico circa cæremonias, defendendo qd est  
 Malachia. vlti. Recordamini legis Mose serui  
 mei, quam mandavi omni Israël, statuta & iudi  
 cia: & dicit: Vide, hic obfignauit omnia, quæ  
 Moses dixit. Respondemus. Verum est si recte  
 accipias. Nam si Mose crederem⁹, vtiq; & Chri  
 sto crederemus, cum de hoc ille sit vaticinatus.  
 Huc spectauit & Malachias. Non enim ignarus  
 fuit eius, quod Mose prædixit: Prophetam susci  
 tabit tibi Dominus ex fratribus tuis, similem  
 mihi, hunc audias. Ideo voluit illos recordari  
 legis, ut quæ ad Christum ducit. Certe si non  
 dedisset legem Christus, similis Mose nequaq;  
 fuisset, perfectiorem tamen multo dedit. Præter  
 hunc, alius est error æque perniciosus, Origeni  
 starum puta, qui audientes, æternum, sempiter  
 num, & his similia, conantur omnino æter  
 nitatem tollere, sic ignem gehennæ non fa  
 tētur æternum, quia עולם certum &  
 definitū tempus significet. Non ad  
 uertentes, Olā, cū æternitatē sig  
 nificat, addi ferè semper ער, ו  
 veod & ultra. Hęc libu  
 it hic dicere, rede  
 am⁹ nūc ad in  
 stitucū.

CAPVT

Igitur habuit quidem etiam prius illud iustificatioēs, cultus, ac sanctū mundanum.

Quia superius dixit. Vide ut facias omnia secundū exemplar, quod ostensum est tibi in monte, indicaui typum quendam Mosi propositum fuisse, per quem externum pręfigurabatur tabernaculum, quod nunc declarandum suscipit, quo melius ad veri tabernaculi cognitionē peruenire valeamus. Sed obiter quędā Apostolus inducit, & statim relinquit, ut ad digni⁹ tractandū accedat, nēpe, quomodo Christ⁹ pro nobis sacrificauerit. Antequam tamen ad allegoriam deueniat historiā bene fundat, ne temere agens ludibrio se Iudęis exponat. Declarat ergo quomodo habuerit status tabernaculi. Iustificatio-

Iustificatio  
nes.

nes, vocat ea, quę declarant iustificationē in speciem, etiam si eam non pręstent, ut sunt sacrificia, purificationes, vota. Ex operibus declarat aliquis iustificatus, sicut est in epistola Iacobi. Cultus, quales sunt psalmi, ieiunia, adorationes & his similia. Sanctū mūdanum, ἀγίου κοσμη-

Cultus

Sanctū mū  
danum.



ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

pli, quæ cōposita cōcinneq; digesta, & ad vsum  
sacrum segregata fuerunt. In eundem modum  
dicimus etiam κόσμον γυναικείον, mundum  
muliebrē, ornatū, quo matrona mūdior, id, est  
comptior & ornatio fit. Dicit ergo quod & tē  
plum sua vasa & ornamēta pulchre disposita  
habuerit.

Siquidem tabernaculum factum  
fuit primum, in quo erant lucernæ  
& mensa, & propositio panū, quam  
uocant sancta. Post secundum autē  
uelum erat tabernaculum, quod uo  
catur sanctum sanctorum, aureū ha  
bens thuribulum, & arcam testamē  
ti, undiq; circumtectam auro, in qua  
urna aurea, habens manna, & uirga  
Aaron, quæ germinauerat, & tabu  
læ testamenti. Supra hanc autē che  
rubim gloriæ, obūbrantia propitia  
torium, de quibus non est nunc di  
cendum singulatim.

Quid per sanctum mundanū intelligat Apo  
stolus

stolus, videtur hic expositiue subiñcere: Interea tamen tabernaculum in duas precipuas partes, exteriorem seu κατὰ σκευὸν ἔξωθεν, primum tabernaculum, & interiorē seu secundum tabernaculum, diuidit, hoc Sancta sanctorum, illud simpliciter Sanctum ut indignius, appellatur. In Sancto fuerunt, lucernæ, mensa, & panes propositionis, quæ obuia erant omnium oculis. Inter hoc tabernaculum & alterum, mediabat velum uel cortina: In sancto sanctorum erat altare incensii, quod uocat suffumigatoriū, arca testamenti, urna aurea, manna, & virga Aaron, quæ genuerant, & tabulæ testamenti. Supra arcam, uero obumbraculum quod uocabant Cherubim. Quod Apostolus hic ponit: Aureum habens thuribulum, à quibusdam, tanquam ignarus legis, & antiquitatis à quibusdam perstringitur. Nam dicunt in sancto sanctorum nullum fuisse thuribulum. Verum dictio græca θυμιατήριον, non solum thuribulum significat, sed & aram, quæ fuit in Sancto sanctorum, in quod summus Sacerdos cum thuribulo semel quotannis ingrediebatur. Lucæ. 1. habes θυμιατήριον τῆς ἀρκῆς altare incensi. Deinde quia posuit in arca fuisse, præter tabulas legis, urnam auream, manna, & virgam Aaron, alteram occasionem suggillandi autorem accipiunt, obñciantes. 3. Reg. cap. octauum, ubi legitur, nihil in ea fuisse præter duas tabulas lapideas. Hanc ob-

Contra sugillatores apostoli.

iectionem Theophylactus utcunq; soluit di-  
cens : forte natu maiorum traditione rem ita se  
habuisse accepit, necq; tamē id statim ab ipsis pri-  
mordijs , sed factum temporibus regum ut ista  
in arcam imponderentur , idq; ad duritiem & ob-  
murmurationem populi contestandā . Nescio  
tamen an hoc satis firmum sit. Certe q̄d in qua  
tam arcam, quam tabernaculum referre potest,  
ut mens sit Apostoli, quod vrna, manna, vir-  
ga, fuerint in tabernaculo, quod quidem scriptu-  
ra nusquam negat, non in arca : sed quod ista nō  
fuerint in arca , hoc demum est quod negat. Nā  
fortasse occasionem sic dedissent populo ad ido-  
latriā, in quam nunquam non propendebāt.  
Obiter nota perturbatum ordinem verborum  
cum dicit: Post secundum autem velum, pro eo  
quod est : Post velum autem erat secundum ta-  
bernaculum, q̄d vocatur Sanctū sanctorū &c

Quandoquidem autem incidimus in hunc  
locū, videamus paucis quid sibi vmbraē istę ve-  
lint . Horum quidē & apud Iosephum habem⁹  
interpretationem, sed omnino more Iudaico ef-  
fictam, quem, si placet, potestis ipsi videre. Ta-  
bernaculum est popul⁹ Dei, qui diuisus in duo,  
quidam felicitate potiuntur æterna, & sunt intra  
velum, quidam nondū, & sunt adhuc extra ve-  
lum, per speculum in ænigmate hi cernunt, isti  
uero facie ad faciem. Vnum tabernaculum fuit,  
sic & vnus populus, vna ecclesia triumphans  
& militans

Taberna-  
culum .

& militans. Diximus autem supra populū dici tabernaculum & habitaculum Dei, nam ipse eū inhabitat, plenius tamen carne iam exonerat⁹ atq; saluatus, dicitur. Antequam vltius progrediamur, & ad perfectam cognitionē penetremus, oportet interpositū velum remouere, quod est caro nostra. Hac em̄ circumdati, Deū, sicuti est, dare nūquam videbimus. Hi qui sunt extra velum, in obscuro ambulant, quamdiu in hoc mundo sunt, unde opus est ipsis lucerna, ne cubi offendant, ea autem est verbum Dei, quo perspicimus, quid Deo proberur & quid non. Deinde mensa, prædicatores verbi, à quibus cibus vitæ sumendus. Cæterum intra Sanctum sanctorum, sunt desideria piorum hominum, ubi perfecta est cognitio Dei, ibi non solum panes propositionis sunt, sed & cibus cœlestis, māna, & quicquid cor hominis confirmare potest. Hic etiam apparet angelica virtus, & propitiatorium nostrum Christus. Hæc sunt, quæ de tabernaculo præmisit Apostolus, ut viam quandam muniat ad sequentia, quibus multo dignissimum Christi sacerdotiū nobis ob oculos ponet, & quomodo eo perfunctus sit ostendet. Quod ut magis perspicuū fiat, præmittit quidam historie, deinde quid spiritus eo voluerit, ordine explicat.

Velum,

Candelabrum,

Mensa,

His autem ad hunc ordinatis mo

N 5

dum, in prius quidem tabernaculū  
semper ingrediūtur sacerdotes, qui  
sacrorum ritus peragant, in secundū  
autem semel quotannis solus ponti-  
fex, non sine sanguine, quem offert  
pro seipso, & pro populi ignorātijs.

Historia hæc admodum Apostoli instituto  
seruiuit, unde eam negligere noluit, & dicit  
sacerdotibus licuisse prius illud tabernaculum  
omni tempore ingredi: nam ibi sacrificabant,  
& ministeria sua perficiebāt. Num: 28. Secundū  
autem soli summo pontifici, idq; semel tantum  
singulis annis, idq; sanguine tam pro suis, quā  
populi ignorantijs. Leuit. 16. Nunc quid per illa  
significantur, Apostolus his quæ subijciuntur  
manifestum facere pergit.

Illud significante spiritus sancto,  
nondum manifestatam esse sancto-  
rum uiam, adhuc priore tabernacu-  
lo consistente, quæ erat similitudo  
pro tēpore tū præsentē, in quo dona  
sacrificiāq; offeruntur, quæ non pos-  
sunt iux

sint iuxta conscientiam perfectū red-  
dere cultorem, in cibis dumtaxat  
& potionibus, & diuersis ablutioni-  
bus ac iustificationibus carnis usq̄  
ad tēpus correctionis imposita.

Via sanctorū, est lex perfectionis, quæ tunc  
nondum fuit manifestata. Sancti enim ambulāt  
in lege spiritus & perfectionis. Dicas hic An nō  
tū etiā fuerint sancti? Fuerunt quidem sed nōdū  
manifestati. Quam diu em̄ tabernaculū stabat,  
sancti erant sub seruitute legis, tamen si cor ipso  
rum libertatem spiritus possideret, deq̄ ea exul-  
taret, tamen ista, stante adhuc tabernaculo quo-  
dam modo occulta fuit. Vnde recte Saluator  
dixit ad discipulos. Vestri vero oculi beati sunt,  
quia vidēt, & aures vestræ, quia audiūt. Amē  
enim dico uobis, quod multi prophetæ & iusti  
desiderauerunt uidere quæ uos uideris & non  
uiderunt: & audire quæ auditis, & non audie-  
runt Mat. 13. Alij per uiam sanctorum, modum  
sanctificationis intelligunt, quod in idem reci-  
dit. Spiritus namq̄ est, qui sanctificat nos, quo  
dato, uia sanctorum patuit. Recte autem dixit,  
similitudo, Erat enim primum tabernaculum  
parabola quædā ad sæculū quod tūc erat, hoc  
est, probe conueniebat isti ætati ruditati & mo-  
ribus isti rēporis. Nā ubi carnalis populus fuit,  
ibi est

Via sancto-  
rum quæ.

ibi etiam carnale sacerdotium, & tabernaculū.

Quæ nō possunt ¶ Sacerdotes dona atq; uicti-  
mas offerebant, sed ista tanti non fuerunt, ut cō-  
sciētā cultoris perficerēt, lōgeq; infirmitiora, quā  
ut ihs quis sibi iustitiam adscribere auderet. Idē li-  
cet iudicare de omnibus bonis operibus. Vnica  
certificatio nostrī, est acceptio spiritus sancti, in  
quo obfirmamur, ut clamemus abba pater, atq;  
ita certi reddimur salutis in Christo, ut neq; mor-  
tem, neq; uitam, neq; aliquam creaturam exhor-  
reamus. Externum nudum, nunquam interne  
certificabit.

Nihil exter-  
ni iustificat

¶ In cibis, potionibus ¶ Præceptum erat illis ca-  
uere a certis quibusdam carnibus, ut suillis,  
leporinis, & à quibuscunq; animalibus quæ ha-  
bent ungulam, neq; tamen eam diuidunt aut ru-  
minant, piscibusq; non squamatis &c. Præter  
ea precib⁹ & sacrificijs uacaturi, prohibiti sunt  
ne uinum aut quodcunq; inebriaret, biberent.  
Leuit. 10. Adhæc, uarijs ablutionibus usi sunt,  
ut si quis morticinum attigisset, si quis in som-  
nio, uel imbecillitate corporis se polluisset, non  
solum corpus, sed & uestes lauabat, ut mundus  
esset. Sciamus nos omnem creaturam Dei bo-  
nam, si recte, hoc est, cū gratiarum actione ea  
utamur, & nihil quod intrat in os, hominem co-  
inquinare Sed de his etiam supra. Significanter  
autem uocat ista, iustificationes, non spiritus,  
sed carnis non enim spiritum attingebant sed in  
carne

carne hærebant. Diu sane certo cibo, potu & ablu-  
tione externa uteris, antequã interne emunde-  
ris, al ijs & sublimioribus rebus opus est, si ueli-  
m<sup>o</sup> recte habere aut emundari in cordibus. Om-  
nia ista Deus inter alia præceperat, ut un<sup>o</sup> esset  
populus, & congregatus certo loco, non quod  
aliquam unquam iustitiam in horum observa-  
tionem collocarit. Huc refer cap. 2. Collos. Bene-  
quidem faciendum cunctis esse, nemo sanus ne-  
gabit, tamen in nulla benefacta piæ menti unq̃  
confidendum erit.

Vsq̃ ad tempus cor. ] Tempus correctionis  
intelligit tempus Euangelij & gratiæ, quo lon-  
ge perfectiora sunt præstira: Ideo Christus dixit  
se non venisse ad soluendum legem, sed ad im-  
plendam. Sic imperfecta in lege emēdatoria, cor-  
rectiora & perfectiora per Christum sunt reddi-  
ta, id quod nunc aliquoties audiuius.

Tempo cor-  
rectionis.

At Christus accedens Pontifex  
futurorum bonorum, per maius &  
perfectius tabernaculū, nō manu-  
factū, hoc est, nō huius structuræ,  
neq̃ per sãguinē hircorū ac uitulo-  
rū, sed per propriū sanguinē ingres-  
sus est



ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD  
sus est semel in sancta, æterna redēp  
tione reperta.

Quale Chri  
sti iacrici/  
am.

Nunc tandem eo deuenit, ut dicat quomodo  
Christus nos redemerit μεμόντων ἀγαθῶν fu  
tutorum honorum, ad superiora respicit tem  
pora, quæ nobis nunc sunt præsentia. Verba  
hic sunt paulò obscuriora. Quidam per maius  
tabernaculum, exponunt carnem Christi, crea  
tam non ex uirili semine & peccatrici, qualis no  
stra est, sed opere spiritus sancti. Vera quidem  
& pia est sententia, sed textu minus quadrat.  
Equidem malo, sicut supra, populū Dei & eccle  
siam, per tabernaculum intelligere, ne perpetuo  
in allegorijs sit uariandum. Ecclesia dicitur cœ  
lestis Hierusalem, quia regenerata est ex spiritu  
sancto, bene itaq; maius & perfectius taberna  
culum hoc, non manufactum, neq; huius stru  
cturæ, dixit Apostolus: multum enim differt à  
tabernaculo Mosaico. In hoc tabernaculo, mi  
nistrauit nobis Christus longe meliora bona,  
quæ tum futura erant, nunc autem, ut dixi, præ  
sentia. Dicas hic. Quomodo quæso seruiuit no  
bis Christus? Introiuit per primum tabernacu  
lū, id est, per ecclesiam quæ ad huc uiuit, & pe  
netrauit coelos, & ita in secundum tabernaculū  
introiuit.

Nec per sanguinem hircorum ] Nihil obiter  
Apostolus posuit, Alludit autem ad ingressum  
illum

illum in sancta sanctorum, qui fiebat sanguine. In primo tabernaculo vitulū pro seipso offerebat, de cuius sanguine accipiēs introiuit in sancta sanctorū, deinde de hirci sanguine similiter. Lege integrum caput. Leuit. 16. Christus se gessit sicut Leuiticus sacerdos, sed hic in figura, ille in luce & veritate.

Sed per proprium sanguinem ¶ Sanguis vitulorum & hircorum non potuit expiare peccata, sed Christi saluifici sacrificij, cuius sanguis ad expianda peccata totius mundi abūde sufficit. Hoc sane omnium perfectissimo modo à peccatis nos emū dare uoluit, ut illius beneficiū agnoscentes, gratos nos illi perpetuo exhibeamus. Omnia hic per suas antitheses conferenda essent, sicque lux nō mediocris effulgeret. Sacerdos Leuiticus ingressus est tabernaculū, Christus similiter, sed longe tamen perfectius. Ille per sanguinem alienum, hic per suum ipsius, ille quotannis, hic tantū semel. Iam quæcunq; Christo hic tribuuntur sunt lōge præstantissima, & perfectissima, quia sunt veritas, cum Leuitica illa tantum sint huius umbrę, aplectendus ergo & audiendus est Christus.

Nos hic obiter animaduertamus, quod Dominus uoluit populum suum habere quàm purissimum & sanctissimum, & ita non permisit unicuique in quemcunq; locum ingredi, id quod testatum uoluit per Ammonitas & Moabitas, quos

Sanguine  
Christi emū  
damur.

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

quos lege ne intrarent in templū Dei in decimā usq; generationem prohibuit. Aegyptij & Idumæi in tertiam generationem exclusi. Manferes, Nothi & Eunuchi nūq; intromissi sunt. Pleriq; indigni sunt, qui admittantur in Ecclesiā, ut qui propter aliquod leue commodum scientes prudentes contra suam ipsorum conscientiam, ueritatem Dei impugnant, atq; adeo hostiliter persequuntur ac blasphemant: isti sunt similes Ammonitis & Moabitibus. Alij sunt qui & ipsi ueritatem impugnant eiq; contradicunt, sed per ignorantiam non malitia mentis, isti per pœnitentiā admittuntur, & sub Idumæis & Aegyptijs intelliguntur. Iam & in populo Dei, quiq; illius nomen gestant sunt, qui excluduntur, ut leprosi, polluti in insomnijs &c tamē qui per pœnitentiam emundati sunt, & curabiles fuerunt, recipiuntur, & intromittuntur, incurabiles autē perpetuo excluduntur ut sunt Hæretici & Hypocritæ. Vulgus manebat in suo loco, atrio siue sanctuario, Sacerdotes in Sancto, Sūm<sup>9</sup> sacerdos in Sancto sanctorum, loco omnium dignissimo, sed suo modo & tempore. Hinc discimus, non omnes in cognitionem Dei peruenire, sed paucos, & ex his paucis alij propius, alij longius, prout cuiq; Dominus spiritum suum impartitus est.

Aeterna redemptione reperta. ¶ His uerbis fructum passionis Christi aperit, quidq; suo sanguine

sanguine effecerit, uno uerbo complectitur, nē  
 pe redemptionem reperit eamq; semper duran-  
 tem. λυτρωσις non solum propitiationem seu  
 redemptionem significat, sed & pretium redēp-  
 tionis à seruitute & pœna. Nos extremam serui-  
 tutem & mortem merebamur, Christus pretiū  
 sanguinis sui pro nobis redimēdis dedit, atq; ita  
 in æternam libertatem nos perduxit. Obserua  
 quod dicit: reperta. Quę inuenimus non tribui-  
 mus nostris meritis uel diligentia, nam ea ferē  
 fortuito accidunt. Sic ista redemptio non à no-  
 stris bonis operibus quę nulla sunt, sed à diui-  
 na misericordia inuenta est. Antequam enim es-  
 semus, redempturū se nos præcognouit. Rede-  
 mit autem sic electos, ut non modo culpam, sed  
 & pœnam omnē auferat. Quę sequuntur ad  
 fructū istum quoq; pertinere possunt.

Nam si sanguis taurorum & hir-  
 corum, & cinis iuuençæ, aspergens  
 inquinatos, sanctificat ad carnis puri-  
 ficationem, quantomagis sanguis  
 Christi, qui per spiritum æternū se  
 ipsum obtulit imaculatū Deo, pur-  
 gabit cōscientiā uestrā à mortuarijs  
 operibus ad seruiendū Deo uiuētis

○

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

Diceret quis: Quomodo quæso potuimus per alienum sanguinem Christi purificari: Nos peccauimus, oportebit etiam nos ipsos satisfacere: Sic loquuntur increduli. Respondet argumento à minori ducto. Si sanguis taurorum & hircorum ad purificationē aliquid potuit, multo magis sanguis Christi, quasi diceret. Si diuina ordinatione, hi qui in lege uel fluxu, uel cadauerum contactu polluti erant, sanguine taurorū & hircorum, uel aqua super cinerem iuuenæ superfusa, mundari potuerunt, quanto magis eadem ordinatione Dei, sanguis Christi, in hoc ab æterno ordinatus, emundare corda uestra & animā ipsam ab omnibus peccatis poterit. Res tota pendet à diuina ordinatione & misericordia, esto carni hoc nequaquam appareat. Sanguis hominem proprie non mundabit, sed magis coinquinabit, non enim ex natura eius est, ut abluere quid instar aquæ puræ possit, sicut nec cineris aqua mixti. Verum quia Deus ita ordinauerat, habiti fuerunt isti pro mūdis, nec à templo amplius arcebantur, tanq̃ immundi. Ad carnis purificationem ¶ Id est, foris puritatem quandā adhibebat, ut iam immundi nō censerentur. Alioqui intus, ut non mundare, ita nec coinquinare hominem potuit, attestante etiam domino, qui dicit: Quod intrat in os, nō coinquinat &c. Sic externa omnia per se internum hominē, nec coinquant, nec purificant. Nota autem

autem in speciem & in carne Iudæi purificaban-  
 tur. Si figura hoc potuit, multo magis figuratū  
 seu res ipsa potest. Porò scias quod per omnia  
 veterum sacrificia, Christi sacrificium designatū  
 est, in quē si respicias, facile patebit, quis sit qui  
 emundet & sanctificat. Bruta animantia & que  
 non peccarant imolabantur, ita innocens sang-  
 uis Christi immolatus est pro nobis, & nos ab  
 omnibus peccatis & inquinamentis emūdavit,  
 & sanctificavit. Dicas, quare cinerem iuuentæ  
 adiungit? Num: 19. Iubetur vacca ruffa quæ sit  
 absq; macula & iugi inexperta, immolari & in  
 cinerem exuri, ex quo deinde fiebat purificatio.  
 Quod sane maximum passionis dominicæ sub-  
 se mysterium habet. Vacca vel bos dicitur Chri-  
 stus propter carnis imbecillitatem. Absq; macu-  
 la debuit esse, quod indicium erat Christum esse  
 absq; omni peccato & labe. Inexperta iugi, iugū  
 seruitutem significat, in quam peccantes se con-  
 ſciunt. Eam Christ⁹ nō est expertus. Sed de hoc  
 mysterio infra. 13.

Veterum  
 sacrificia,  
 Christum  
 designat.

Per spiritum æternum | Id est per ardentissi-  
 mam charitatē, quæ à spiritu æterno & sancto  
 profecta est, ea tam ardens in Christo fuit, ut ad  
 tanta subeunda ipsum adegerit. Spiritus ille &  
 charitas perpetua & ante constitutionem mun-  
 di in Christo fuit, quam tum demum summā  
 & ineffabilem exhibuit, cum patri obediens cru-  
 cis ignominiam pro nobis perpeffus est. Vnde

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

ipse dixit. Maiorem charitatem nemo habet, quæ  
ut ponat animam suam pro amicis suis. Ioan. 15.  
Si non homo factus esset, non fuisset libera-  
ti, sed quia homo factus, & id quod fuit permã-  
sit, nempe Deus, potuit nos liberare, atque adeo  
huius sui facti, tranquillam conscientiam nostram  
de diuina erga se bonitate ad plenum reddere,  
quemadmodum iam sequitur.

Fructus pas-  
sionis Christi.

Mortuaria  
opera quæ.

Purgabit conscientiam uestram ¶ Id est, effici  
et ut mundi appareamus, Hoc autem facit, cum  
electis spiritum suum donat, qui prauos animi af-  
fectus in eis reprimit, & ad optima queque suscipi-  
enda impellit. Mortuaria opera vocat quæcumque  
ex carne sunt peccata, quorum stipendium mors  
est, ut sunt, adulterium, scortatio, immundicia,  
lasciua, simulacrorum cultus, veneficium, ini-  
micitia, inuis, emulationes, iræ, & his similia, de  
quibus Gal. 5. Aduerte autem ad quid nos pur-  
garit Christus, non ut in idem volutabrum  
peccatorum rursus inuoluamur, sed ut abluti,  
iam seruiamus Deo viuenti in sanctitate & iusti-  
tia omnibus diebus nostris. Satis superque mun-  
do seruitum & peccatum est, non addamus ultra:  
hoc enim facere, esset extreme & detestande ingra-  
titudinis, non reputantium digne precium sanguinis  
Christi.

Et ob id noui testamenti concili-  
ator est

ator est, ut morte intercedente, ad redemptionem earū præuaricationū, quæ fuerant sub priori testamento, n̄ qui uocati sunt, promissionem accipiant æternæ hæreditatis.

Vis ultra cognoscere fructum dominicæ passionis: per sanguinem Christi fœdus pactumq; cōfirmatum est inter nos & Deum, idq; nouū. Vnde mediator noster Christus est, quo nihil est iucundius & optabilius. Deum enim habere Deum suum, hæc demum est summa felicitas. Ad hæc in filios nos adoptauit, & hæredes in dilecto conscripsit. Iam quantū beneficiū sit Deo confœderari, quisq; per se perpendat, quod si ex animo fecerit, nimirum gratum se Deo exhibebit. Porro quod hic *διαθήκη* testamentum, in alio significatu, quàm scripturę vsus sit, posuit, quosdā ita offendit ut hanc minime Pauli esse putent, qui intanta re admodum proprie soleat loqui. Sciant illi quod spiritus sanctus nos hie rei, hoc est, summi beneficii in Christo adepti, hac dictione magis commonefacit, quàm ut in verba diligentius intendat. Tamen per testamentum, nihil aliud, quàm fœdus illud Dei nobiscum sancitum, & sanguine Christi stabilitū, significare uult, sumpta similitudine à comūni hominum more. Solennibus admodum cære

Sanguine  
Christi tes-  
tamentum  
constat.



ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

monis olim in sancendis foederibus usi sunt, & nonnunquam ea sanguine uel fuso, uel hausto, sicut & supra indicauimus, confirmarunt. Christus sua morte & sanguine, suum foedus stabile re uoluit, quo nobis per omnia spem maiorem remissionis peccatorum faceret. Non uocati a Deo, foedus illud ingrati respuunt, atque adeo contemnunt. Neque mirum, Nam etiam si multa de Christo audiant, tamen sensu coelestium nullo afficiuntur.

Siquidem ubi testamentum est, mors intercedat necesse est testatoris. Nam testamentum in mortuis ratum est, quandoquidem nondum ualet, cum uiuit testator.

Testamentum  
proprie  
quid.

Vtitur specie pro genere, Nam *διαθήκη* significat proprie testamentum seu foedus, quod inter se homines percutiunt, ipse abuti pro eo, quod condunt morituri. Haec tenus ternos praecipuos fructus, quos dominicum sacrificium nobis attulit recensuit, nempe aeternam redemptionem, deinde, conscientiarum purificationem, postea noui testamenti & aeternae salutis reparationem: Nunc ut certior sit animus noster, nihilque in his summis beneficiis dubitet, ostendit quomodo haec maxime sancta & inuiolabilia sint. Habet enim

enim testamentum & extrema voluntas morientis sacrosanctum & inuiolabile. Ratio huius sic habet, Quando testator defungitur, testamentum ratum ac firmum esse oportet. Ante mortem testatori reuocare testamentum licet, quoties uelit, sed mortuo illo, nullus iam reuocandi superest locus. Vnde & Christus mori uoluit, ut nos certos de foedere illo ut indissolubili, redderet, ut quotquot uere in ipsum credant, remissionem peccatorum & æternam salutem inueniant. Nunc alteram rationem subiungit dicens:

Vnde ne prius quidē illud absque sanguine dedicatum fuit. Cū enim Moses omne præceptum iuxta legem exposuisset omni populo, sumpto sanguine uitulorum & hircorum, cū aqua & lana cocchina & hyssopo, simul & ipsum librum, & totum populum aspersit, dicens: Hic est sanguis testamenti, quod mandauit uobis Deus. Insuper autem & tabernaculum, & omnia uasa ministerij sanguine consimiliter aspergebat.

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD  
Et omnia ferè secundum legē sang-  
uine purificātur, & absq̃ sanguinis  
effusione non fit remissio.

More suo Apostolus iterū figuram adfert,  
quasi diceret. Sicut primum foedus sanguine cō-  
firmatum est, sic & secundum, & est argumen-  
tum à simili ductū. De primo foedere legimus  
Exo. 24. Commiscet tamen hic aliqua testimo-  
nia ex varijs scripturæ locis, ut ex Numeri. 19  
Leuit. 14. neq̃ enim omnia verba quæ hic legi-  
mus in dicto loco Exodi habentur. Certe Apo-  
stolus plus ad allegoriam, quàm ad vocularū  
adnumeratōnē hic spectasse videur. De sangui-  
ne hircorum Num: 19. de modo aspergendi Ex-  
odi: 12. & Leuit. 14. ἐγκαινίσεν dedicare, conse-  
crare, seu rē aliquam solennibus cæremonijs in-  
choare, ut postea pro sancto habeat, significat.  
Ita templum Salomonis consecratū olim fuit.  
Dicis, Quomodo hæc Mosi conueniunt, cū  
Eleazarum hæc fecisse legamus? Ideo conueni-  
unt, quia quod Moses scripsit, aliquo modo di-  
citur fecisse. Neq̃ opus erat omnem populum,  
qui erat sexies centena milia, ita aspergere, prin-  
cipibus & senioribus asperfis, qui nomen popu-  
li gesserunt, satis superq̃ fuit. Ad asperisionem  
istam aqua assumpta est, ne sanguis concre-  
ret: Lana, ut imbiberet & retineret sanguinem:  
Hyssopus, ut ea spargi commodius posset. Ad  
dic autem

ἐγκαι-  
νίσεν.

dit autem generalem conclusionem semper ferè ad expianda peccata vsus fuisse sanguinis. Cautè tamen loquitur addens, ferè, sic enim Angeli ut mundi excipiuntur.

Christus nobis est loco vituli, hirci, agni immaculati, & hostiæ pro delictis nostris. Vbi nunc lex spiritus in cordibus nostris pronunciata fuerit, eiq; crediderimus, etiam nos in pactum & foedus recipiemur, & sanguine Christi in remissione peccatorum per spiritum: aspergemur. Nam sumus & tabernaculum domini & vasa gloriæ illius, quotquot per fidem huic adhaeremus. Bene autem Christi corpus lanæ comparatur, propter puritatem & mundiciam, rubra vero seu coccina dicitur; eo quod ipse in carne sua, nostra peccata pertulit, quæ rubro filo & coccino, apud Esaiam cap. 1. comparatur: unde & sanguis dicitur, psal. 51. Libera me de sanguinibus: Aqua & hyssopus gratiam spiritus sancti significat, qua si spargamur, super niuem dealbamur, Sicut in psalmo est. Obiter nota quod dicit, sanguine ferè omnia purificari, quod est contra Missæ propugnatores, nisi denuo Christum qua sunt impia audacia macerandum putent.

Itaque necesse est, ut exemplaria quidem eorum quæ sunt in coelis, hisce rebus purificentur. Cæterum

ANNOT. INEPIPTIS. D. AVLI AD  
ipsa cœlestia potioribus quàm hæ  
sint, uictimis mudentur.

Verba hæc non nihil obscura videntur, sed  
planiora erunt si penitus introspeciamus. Neces-  
se erat figuras nostrarum rerum talibus sacrifi-  
cijs purificari, nostras autem res longe meliori-  
bus. Vult dicere. Mosaica sacrificia, quæ dicun-  
tur exemplaria cœlestium, id est, nostrarum re-  
rum, qui cœlestes esse debemus, habebant suam  
purificationē, sed ipsa cœlestia siue res nostræ,  
quæ post Christum incarnatum subsequutę sunt  
melioribus sacrificijs Mosaicis opus habēt. Ne-  
cesse autem erat dicit, propter diuinam videli-  
cet constitutionem. Scitis autem & ex superiori-  
bus figuratum multo sublimius esse figurante,  
Vnde etiam melioribus uictimis opus est cœle-  
stibus. Vnicum tamen interim, atq; adeo per-  
fectum per multa olim sacrificia designatum,  
Christi credimus & fatemur. Obseruandum, cū  
sancti ueteris testamenti, & qui umbras tenuerunt,  
tanta reuerentia Dei & sanctimonia uitæ  
vixerunt, quanto magis nos decebit, ut cœlestē  
uocationem exprimere per omnia studeamus.  
Pudeat plus beneficij accepisse nos quam vete-  
res, & gratitudine ab illis vinci. Quod hic dicit:  
Eorum quæ in cœlis sunt, non est ut intelligas de  
rebus, quæ post hanc uitam apud beatos siue  
angelos geruntur, sed de ijs quæ nunc sunt in ec-  
clesia

desia piorum, qui cœlestes dicuntur, & à Deo inhabitantur.

Etenim Christus non ingressus est in sancta manufacta, exemplaria verorum, sed in ipsum cœlum, ut appareat nunc in conspectu Dei pro nobis.

Christum tandem pergit sublimiorem probare ijs, qui in veteri lege fuerunt, & quasi nouo modo id aggreditur. Sancta manu facta intelligit tabernaculum Mose uel sancta templi Salomonis, ea ut exemplaria verorum, Christus non ingressus est, sed in ipsum cœlum ingressus est, ut in cōspectu Dei appareat, hoc est, sacerdotis munere fungatur pro nobis, nosq; patri reconciliet. Alioqui scimus quod Deo omnia sunt manifesta, & quod filius nunquam nō apparuerit in conspectu patris, præsentiſſimus, sed talibus loquendi modis infirmitati nostræ cōsultitur, qui difficulter admodū cœlestia capimus. Dignitas Christi tanta est, ut apud patrem satis pro omnibus peccatis nostris valeat, seipsum enim immolauit pro nobis, etiam ante conditum orbem, sed tamen non eo modo, ut pretium redemptionis esset expensum, sicut hodie hoc absoluto. Hinc perspicuum est ridiculam si

Apparere  
in cōspectu  
Dei.

lij reprę

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD  
lij, repræsentationem esse in impia Missa, quasi  
iam ille cessarit apparere in conspectu patris,  
dignitate sua cesserit. Si dicerent commemorati-  
onem cum patribus, & non repræsentationem,  
ferendum quidem esset. Sed mittamus hos in  
præsentia, & oremus ut dominus illorum ocu-  
los tandem ad sui nominis gloriam aperire, &  
errorum nebulas ab omnium mentibus excute-  
re dignetur.

Non ut sæpius offerat semetipsū,  
quemadmodū pontifex ingreditur  
in sancta singulis annis per sanguinē  
alienum. Alioqui oportuisset illum  
sæpius passum fuisse à condito mun-  
do.

Notent ista  
Missæ pa-  
troni.

Vult dicere, si non vnicum sacrificium Chri-  
sti sufficeret ad expiāda peccata, necesse esset, ut  
sequerentur multa absurda. Primum, Christo  
sæpius moriendum fuisset, sicq; inferior foret  
cunctis hominibus: deinde rursus pro peccato-  
re habendus, postea gloriosus iudex iterum ad-  
uenturus nequaquā expectandus, & quæcūq;  
imperfectior natura secum trahit, hoc autem ut  
manifestissime falsum nemo pius admiserit, suf-  
ficiens itaq; Christi sacrificium censendū, & ne-  
quaquam amplius repetendum erit. Hæc pro-  
be per

be perpendens, nemo Christū denuo offerre cogitabit. Nam hoc esset diminuere de dignitate illius, perinde atq; imperfectum sui ipsius sacrificium fuisset, sed audimus hic istam reiterationem fuisse nō Christi, sed pontificis legalis, qui quotannis in sancta per sanguinem ingressus est, eumq; alienum, Christus autem tantum semel, quod perfectionis est, atq; adeo per suum ipsius sanguinem. Semel secundum scripturam mortuus est, iam non moritur, neq; mors ultra illi dominatur, ut est in Roman. cap. 6. Blasphemum igitur sic necesse est, dicere Christum debere Indies in sacrificio Missæ patri, pro peccatis viuorum & mortuorum, offerri

Nunc autem semel, sub consummationem sæculorum, ad profligationem peccati, per imolationem sui ipsius apparuit.

Absit ut rā absurda cogitem⁹. Scimus em̄ semel tantum Christum in carne apparuisse, idq; reuera, non phantastice, ut olim hæretici quidā ex huiusmodi locutionum modo colligere attētarunt. Consummationem sæculorum, quā hic vocat, alibi plenitudo temporis vocatur, & dies nouissimi. In Christo facta est consummatio legis & prophætarum. Consummatio autem, tempus à Christo passo dicitur, non quod mundus

Consummatio  
sæculorum  
quid.



ANNOT. IN EPIST. D. PVVLI AD

mundus statim desiturus sit, sed quod nemo alius redemptor, præter hunc qui venit, expectandus veniat, nullus alius mediator intercedat, nullaque alia expiatio pro delictis supersit. Ipse est qui profligauit peccatum, & effecit, ut Deus nobis hoc ignosceret, atque adeo, ut ne imputare quidem porrò uelit.

Et quatenus illud manet omnes homines, ut semel moriantur, post hoc autem iudicium: ita & Christus semel oblatus, ut multorum peccata tolleret, rursus absque peccato conspicietur ihs, qui illum expectant in salutem.

Hic habes alia duo absurda, quæ paulò ante recensuimus, tibi ea fusius excutienda relinquimus. Promiscue hic Apostolus moriendi & offerendi siue immolandi dictionibus utitur. Notandum est contra Purgatorium extra hoc sæculum statuentes, quod hic habes: Manet omnes homines, ut semel moriantur, post hoc autem iudicium (siue hoc generale, siue speciale intelligas, nihil refert) ut uideas post mortem locum poenitentiae non superfuturum & aliud nihil reliquum esse, quam iudicium. Si credis in Christum, iam à morte in uitam transiisti. Si non credis non uidebis uitam, & ira Dei super te manebit in

nebit in æternum. Ioan: 3. & 5.

Vt multorum peccata tolleret. ¶ Tolleret hic dicit, quod iam iam profligaret dixit. Fructum passionis & sacrificij Christi, ut rem omnium iucundissimam, subinde in memoriam nobis reuocat, nimirum ut grati Deo Christum obseruemus & unicum præceptorē audiamus. Christus peccatū omne profligauit atq; sustulit, non ut omnino nihil peccati in nobis reliquum sit, sed ne id porro in nobis dominari & præualere possit. Nam quotidie orandum: Remitte nobis peccata nostra &c. deinde ne peccatū nobis creditibus à patre imputari queat, imo in bonū cedat, sicut diligentibus Deum omnia in bonū cooperantur. Hinc tamen non concludas, esse peccandum. Multorum dixit, & non omnium, quia multi uocati, pauci uero electi. Posset quidem omnium tollere, sed multi indignos se reddunt, ingratiq; Christo salutem oblatam sua incredulitate respuunt.

Quomodo  
Christus  
peccatum  
sustulerit.

Rursus absq; peccato conspi: ¶ .i. apparebit in summa gloria iudex sæculi, innocens & triumphans. Tum uidebunt aduersarij illius, quē amicū peccatorum & publicanorum calumniarint, omniumq; nocentissimū in mortem condemnarint, in quem pupugerint, quemq; uerbum ueritatis lacerantes contempserint, istis omnib<sup>9</sup> seuer<sup>9</sup> iudex adueniet, mitissim<sup>9</sup> aut saluator ihs, q̄ se in salutem expectant.

CAPVT

Nam lex umbram obtinens futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, his hostijs, quas singulis annis easdem continenter offerunt, nunquam potest accedentes perfectos reddere.

Supra demonstratum est, quanti fructus ex sacrificio dominico nobis concessi sint. nūc ostēdit sacrificia ueterū nullo modo id præstare potuisse, nimirum ut omnis honor unius Christi esse agnoscat. Sensus istorum uerborum est: Lex habet umbrā, id est, adumbrationem quamdam futurorum bonorum, non ipsam substantiam & ueritatem, puta remissionem peccatorū consciētię pacationē, & fœderis cum Deo ininitutudinem. Imago, est uera ipsa apparitio nō umbra, ita supra cap. 1. filius dicitur imago Dei inuisibilis, & ita umbrę opponitur. Adumbrationē lex habet, sed non habet imaginē, id est, uera illa bona, & quę perfectos reddere possunt. Hinc colligitur eos, qui Euangelij uere participes sunt, perfectos dici, à Christo em̄ perficiuntur & sanctificantur, id quod τελειῶσαι quoque significat, quēadmodū cap. 2. ostēsum est. Quod in genere p̄posuit, speciatim nūc explicat dicēs:

Alioqui

Illud: Lex umbram obtinet & c. quidam in genere dictum de lege uolunt, ut cuius sit admo-  
nere, rectius tamen hic, & magis proprie legem  
*συνεχόμενα*, accipias, à toto partem, nem-  
pe quod ceremonias attinet. Scimus ex superio-  
bus, quomodo lex abolita sit, & quomodo nō  
sit. Sub rationē legis etiam decalogum include-  
re possemus, cum tamen non habeat umbram  
futurorum, id quod Apostolus hic legi tribuit.  
Quare non est conueniens generalem hic legē  
intelligere, sed specialem, quantum uidelicet cæ-  
remonias & sacrificia, quæ umbra & figuræ  
cœlestium & futurorum bonorum erant, atti-  
nere potest.

Lex aliquā  
do pro cæ-  
remonia-  
bus ponit-  
tur.

Alioqui nonne desissent offerri?  
Propterea quod nullam iam habuif-  
sent conscientiam peccatorum, qui  
sacrificassent, ac semel purgati essēt.  
Atqui in istis cōmemoratio fit pec-  
catorū quotannis. Non em̄ potest  
sanguis taurorum & hircorum au-  
ferre peccata.

Causa est eius quod præmisit. Vult dicere. Si  
hostijs legalibus à peccatis emū dare, & ita Deo  
acceptos reddere se potuissent, profecto non de-

Sacrificia  
ueterū ne-  
minē perfe-  
cerunt.

P

270  
 Epist. ad  
 Rom. 13.  
 v. 10.  
 v. 11.  
 v. 12.  
 v. 13.  
 v. 14.  
 v. 15.  
 v. 16.  
 v. 17.  
 v. 18.  
 v. 19.  
 v. 20.  
 v. 21.  
 v. 22.  
 v. 23.  
 v. 24.  
 v. 25.  
 v. 26.  
 v. 27.  
 v. 28.  
 v. 29.  
 v. 30.  
 v. 31.  
 v. 32.  
 v. 33.  
 v. 34.  
 v. 35.  
 v. 36.  
 v. 37.  
 v. 38.  
 v. 39.  
 v. 40.  
 v. 41.  
 v. 42.  
 v. 43.  
 v. 44.  
 v. 45.  
 v. 46.  
 v. 47.  
 v. 48.  
 v. 49.  
 v. 50.  
 v. 51.  
 v. 52.  
 v. 53.  
 v. 54.  
 v. 55.  
 v. 56.  
 v. 57.  
 v. 58.  
 v. 59.  
 v. 60.  
 v. 61.  
 v. 62.  
 v. 63.  
 v. 64.  
 v. 65.  
 v. 66.  
 v. 67.  
 v. 68.  
 v. 69.  
 v. 70.  
 v. 71.  
 v. 72.  
 v. 73.  
 v. 74.  
 v. 75.  
 v. 76.  
 v. 77.  
 v. 78.  
 v. 79.  
 v. 80.  
 v. 81.  
 v. 82.  
 v. 83.  
 v. 84.  
 v. 85.  
 v. 86.  
 v. 87.  
 v. 88.  
 v. 89.  
 v. 90.  
 v. 91.  
 v. 92.  
 v. 93.  
 v. 94.  
 v. 95.  
 v. 96.  
 v. 97.  
 v. 98.  
 v. 99.  
 v. 100.

nuo ad eadem sacrificia, puta pacificatis iam cōscientiis illorum, de remissione peccatorum impetrata, redissent: sed hoc non esse, interrogatione vehementi negat. Semper habuerunt malas conscientias ob admissorum multitudinem, (nisi qui fide futuri saluatoris ab istis sunt liberati,) nondum em̄ instaurator & pacificator omnium Christus in carnem venerat, tyrannidem Satanz expugnaturus. Probat hoc subsequenti bus ita habere:

Atqui in istis comme. ¶ Certum est q̄ si sanguis taurorum & hircorum peccata non abluat, sed potius sunt commemoratio peccatorum. In sacrificiis enim testati sunt se ob peccata sua mortem & effusionē sanguinis meritos, neq̄ ab istis liberari posse, nisi fuso sanguine. Quamdiu autem sanguinem sacrificaturi fuderunt, tamdiu se peccatores, veroc̄ sacrificio opus habere, significauerunt. Querat hic, An nostra sacramenta quæ & ipsa sunt commēmoratio, nō melius habeant veterum cæremoniis. Respondet hic Paulus, veteris legis cæremonias accusationem peccatorum habuisse, & non puram gratiarū actionem, quemadmodum nos habemus in Eucharistia. ratio est, quod Christus tum nondum passus fuerat, neq̄ pro peccatis satisfecerat. Quanto ampli⁹ est restari se liberatū à peccatis, quam fateri se adhuc peccatorem, purificatione indigere, & ita saluatorem expectare, tanto potiores sunt

Nostra sacramenta præstant veteribus.

res sunt nostræ cæremonix veteribus. Quoties enim cunctis conuenimus, manducauimusque panem domini & sanguinem eius bibimus, mortem domini annunciamus & prædicamus donec veniat, gratias agimus nos iam à peccati seruitute redemptos, cuius illi sacrificijs suis seipsum accusarunt. Commemoramus non tam peccata, quam redemptionem à peccatis in Christo domino nostro partam.

Quapropter cum ingressurus est mundum dicit: Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi, holocaustomata & pro peccato non comprobasti. Tunc dixi. Ecce adsum, in capite libri scriptum est de me, ut faciam Deus uoluntatem tuam.

Testimonium hoc quo cæremoniarum abolitionem probat, desumptum est ex psalmo. 39. Paulo aliter tamen legitur in Hebræo, ubi ponitur pro, Σῶμα ἡ καὶ κερτίσω, corpus aptasti mihi, אָזְנַי בְּרִית לִי, aures perforasti mihi, Verum supra admonui lectorem, Apostolum libere usum fuisse interpretatione. LXX. Verba ista Dauidi pro parte competunt, plenissime tamen

men Christo capiti sanctorum, cuius hic typum  
gessit. Sensus autem est, tantū abest ut sacrificijs  
veteribus fœdus nostrum cum Deo confirma-  
tum sit, ut etiam Deus ea omnino respuerit. Pa-  
tet hoc ex Esaiaë .1. : Hiere: 7. Amos. 5. Micheaë. 6.  
Psal. 50. Recurre ad ea quæ supra cap. 7. in hunc  
locum. Abrogatur enim quod præcessit, dixi-  
mus. Quatuor autē genera sacrificiorū posuit,  
nempe victimas, oblationes, holocaustoma-  
ta, & sacrificia pro peccatis, omnia tamen illa  
Deus per se nunq̄ probauit, sed animum ad ip-  
sius voluntatem paratum. Deus spiritus est, in  
spiritu etiam & veritate coli uult. Ioan. 4.

Corpus aptasti mihi ¶ Hoc est, Corpus dedisti  
mihi ad seruiendum tibi paratissimū. Certe Chri-  
stus incarnatus seruile corpus induit, obediens  
patri factus est vsq̄ ad morem, eamq̄ crucis.  
Hoc sacrificium deditiois sui ipsius, patri fuit  
gratissimum. obedientiam enim longe præfert  
uel quibuscunq̄ sacrificijs, ut est apud Oseam.  
cap. 6. Porro quod Hebræus legit Aures perfo-  
disti mihi, videtur esse allusio ad morem, qui  
ex lege obseruabat, cum seruus per iubileum li-  
ber, ultrò se in perpetuam seruitutem coniecit, il-  
lius aures ad postes heri sui affigebantur, in in-  
diciū summæ subiectionis & plenissime serui-  
tutis. Vtcunq̄ tamen sit, in sensu hic nihil varia-  
tum esse, facile cuius apparet. Non me latet, esse  
qui secus exponāt, & corpus umbræ opponāt,  
sed coa

sed coactior & violētor mihi illorū expositiō  
videt̄, quā ut simplicitatis studioso sit ap̄le  
ctenda. Nostrā expositionē confirmare videtur,  
quæ statim subiūciuntur:

Tunc dixi Ecce adsum, in capite libri ¶ Ecce  
adsum, uox est seipsum dedentis atq; offerentis  
in plenum obsequium Deo. Quod hic est in ca-  
pite, Hebræus legit, in uolumine libri, alludens  
ad morem gentis, Intelligitur autem à quibus-  
dam, dictum esse de quinq; libris Mose, ab alijs  
de decalogo, & de scopo legis. Ego promiscue  
de Mose & omnibus prophetis intelligo, ut qui  
de Christo scripserunt. Nam omnis scriptura in  
Christum, tanquam unicum præfixum scopū,  
collinat. Vide quæso, in quem omnes genealo-  
giæ ducuntur, quem tot ueterum historiæ respi-  
ciant, quem tam multa & uaria sacrificia præfi-  
gurent, in quo omnes promissiones sint, etiam  
& compleantur, & forte non dubitabis ubiq;  
de Christo scriptum esse. Cur adsum? & quid de  
me scriptum est? ut faciam Deus uoluntatem  
tuam, quæ autem ista sit, Apostolus consequen-  
ter explicat, dicens:

Superius cum dicit sacrificium  
& oblationem & holocaustomata,  
& pro peccato noluisti, neq; cōpro-  
basti, quæ iuxta legem offeruntur,

Scripturæ  
scopus,  
Christus.



ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD  
tunc dixit: Ecce adsum, ut faciã uo-  
luntatem tuam: tollit prius, ut poste-  
rius statuatur: per quam uoluntatem  
sanctificati sumus per oblationẽ cor-  
poris Iesu Christi semel peractam.

*Voluntariũ  
sacrificium  
Deo gratũ* Cum prius dicit, intelligit sacrificia legis, que  
ut ingrata sibi, Deus tollere uoluit, posterius au-  
tem, studium uoluntatis diuinæ quo mox dicit  
sanctificatos esse, quotquot per oblationem cor-  
poris Iesu Christi semel (nota, semel) peractam  
sanctificationis facti sumus participes. Notan-  
dum, ut olim externis sacrificijs per se non ob-  
lectatus est Deus, ita nec hodie. Spiritu em̄ uult  
coli & adorari à suis. Vis offerre quid Deo gra-  
tum? offer uoluntarium sacrificium, corpus  
tuum, hostiam uiuentem, sanctam & acceptam  
Deo, Rom: 12. Sis paratus ad faciendam uolun-  
tatem illius, abnega te ipsum, & expecta Domi-  
num, nimirum plus feceris, quàm si millena sa-  
crificia irrationabilia obruleris. Christus exem-  
plum dedit, illius uestigia insequi cupias.

Et omnis quidẽ sacerdos adfistit  
quotidie, sacra peragens, & easdem  
sæpius offerens hostias, quæ nunc  
possint

possint auferre peccata, Hic uero una pro peccatis oblata uictima perpetuo sedet ad dexteram Dei, id quod superest expectans, donec redantur inimici ipsius scabellum pedum eius. Vnica em̄ oblatione perfectos effecit inperpetuum, eos qui sanctificantur.

Loquitur hic iuxta morem ueterum sacerdotum, de quo satis dictum est in prioribus. Hisce uerbis Apostolus finem facit disputationi, quā de præcellētia sacerdotij Christi supra cap. 9. instituit, quasiq; in unam summam quæ hactenus multis proposuit, colligit, cum dicit, sacerdotum legalium fuisse, ut easdem sæpius offerrent hostias, quæ tamen expiare peccata nunq; potuerunt. Sed secus esse cum Christo, Ille nāq; VNA pro peccatis uictima, inperpetuū sanctificandos perfecit, ut iam certissimi sint Deū patrem sibi fore clementissimum, & liberaliter præstaturū, quæcunq; suis in Christo pollicitus est. Quid sit sedere ad dexteram Dei, uide supra cap. 1. Non denuo ueniet sacrificādus Christus, nam semel id fecisse ipsi sufficit, nunc ad dexterā patris confidens, expectat id quod super est, iudi

cium nempe, quo unicuique reddat secundum opera eius, & inimicos suos scabellum pedum subiectos habeat. Hanc Apostoli sententiam, qui ex animo perpenderit, utcumque tenebris impietatis, quibus Missa scetet, inuolutus sit, statim tamen agnito Christi sacrificio discutiet, sequens ad lucem ipsam recipiet.

Testificatur autem nobis & ipse spiritus sanctus, nimirum cum praedixerit: Hoc est testamentum, quod condam erga illos, post dies illos, dicit Dominus. dans leges meas in corde illorum, & in mentibus illorum inscribam eas, & peccatorum atque iniquitatum illorum non recordabor amplius. Porro ubi horum est remissio, non est amplius oblatio pro peccato.

Spiritus s.  
testatur  
cordibus  
piorum

Quod ista ita se habeant, inquit, significatur & confirmatur cordibus nostris etiam spiritus s. & μαρτυρεῖ hic non accipio pro testimonium ferre scripturis aut uerbis, sicut alias eius usus non infrequens est, sed potius pro occulta quadam & persuasione mentis, de omnibusque salutis sunt.  
Per hunc

Per hunc enim spiritum obfignata sunt piorū corda, ita, ut certi sint Deum veracem, benignū, & indulgentissimum, suum esse patrem. Ille est qui testimonium fert longe certissimum de fœdere Dei nobiscum in ito, huius qui nihil in se sentit, admodū debili sit fide, necesse est. Hæsitantes enim de salute, merito sanguinis Christi parata, arram æternæ hereditatis spiritum sanctū in se non habent, sicut nec illius testimoniū domesticum in se sentiunt, neq; ut filij Dei ab illo aguntur.

Cum prædixit: Hoc est testa: | Testimonium hoc supra cap. 8. tractauimus. Quia autē vnus ex præcipuis locis iste est, non piguit Apostolū & hic repetere, quo melius mentibus nostris in hæreret. Quod hic dicit: Dans leges meas in corde illorum, & in mentibus illorum &c. Ezechiel habet. cap. 11. & 36. Dabo eis cor carneum, & hoc est tractabile, docile, obtemperans voluntati meæ, & ut sua sponte, quæ mihi grata sint, obeant. Quotquot vere Christiani sunt, ex hoc fœdere sunt, siquidem spiritum Dei effusum in cordibus suis habent, in qua obfignati sunt, & clamāt. Abba pater, Rom: 8. Eph. 1. & 4.

Porró ubi horum est remissio | Nunquam simul vera sunt, esse cōdonata peccata, & super esse sacrificium, per quod peccatum remittendū sit. Si remissio peccatorum est, oportet ut sit plenaria remissio, ita ut iuxta præmissum vaticini

Remissis  
peccatis ces  
sat sacrifici  
um.

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

um, illorum Deus amplius non recordetur. Iam si plenaria est remissio, necesse est ut & plenum fuerit sacrificium Christi, atque in perpetuum valeat, sed hoc ex propheta patet. Ergo sacrificium verum & summum, quo foedus stabilitur, & peccata abolentur, sacrificium Christi est, & non Leviticum, puta inefficax, infirmum, & subinde repetendum. Viderint nunc, qui pro suo sacrificio adstruendo tam atrociter contendunt, an non abunde testentur se nondum Christianos, neque ex foedere illo Dei esse, quo peccatorum offertur remissio. Hanc namque si vere crederent, satis ipsis esset unica Christi oblatio, qua perfectos reddit in perpetuum omnes qui sanctificantur. Tantum de sacerdotio & sacrificio Christi: nunc regressitur à digressionem, quam supra à fine cap. 4. incepit, ad exhortationes, quibus hæc Epistola plena est. Velim autem vos argumentum seu scopum Apostoli denuo in memoriam reuocare, nempe Christum ante omnia tanquam vnicum magistrum nostrum in caelis audiendum, solumque fide amplectendum.

Cum igitur fratres, habeamus libertatem ad eundem in sancta per sanguinem Iesu, ea uia quam dedicauit nobis recentem ac uiuentem, per uelamentum

mentum, hoc est per carnem suam: cunctis habeamus sacerdotem magnum praefectum domui Dei, accedamus cum uero corde, in certitudine fidei, aspersi cordibus, ac depulsa conscientia mala, & abluti corpore aqua pura, teneamus confessionem spei non uacillantem. Fidelis enim est qui promisit.

Eadem exhortatio ferè est cum ea, quam habuimus in fine capitis quarti, ubi dixit: Accedamus igitur cum fiducia &c. *ωαρρησια* libertatem seu fiduciam in sermone, quando quis in trepide, & absque omni pudore loquitur, significare etiam supra diximus, tamen saepius in genere pro omni libertate, quemadmodum & hic, capitur. Argumentatur autem ab utili. In sancta ingredi, est habere liberum accessum ad coelestia, adeoque Deum ipsum. Vnde autem hoc? an per opera nostra? Nequaquam, sed per sanguinem Iesu saluatoris nostri.

Sanctum sanctorum diuinitatem nobis significat, cuius consortes reddimur unius Christi merito, quia pater filium dilexit, & omnia dedit illi in manum, uoluit illum pro nobis omnibus tradere

*ωαρρησια.*

*In sancta ingredi.*

*Sanctum s. quid.*

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

dere, quo satis dilectionem suam erga nos nobis cognita faceret, & ita ad se traheret. Ad quæ quæso melius accedimus, quam ad eum de quo optime sentire possumus, quiq; nobis bene uult & ineffabilibus prosequitur beneficijs. Sed quæras, qua uia incedendum erit ad cognoscenda diuina. Ea, quam Christus nobis dedica-

*Via accedendi ad Deū.* uit. Alia hodie uia accedendi ad Deum, quam olim tempore legis, ubi aspectus Domini erat terribilis, audiebatur tonitrua, fulgura, adeo ut filij Israël uocem Domini sustinere non possent. Lex fidei & perfectionis (de q̄ etiã supra cap. 9) consistente ad huc priore tabernaculo, nondum manifestata fuit, nunc uero sanguine Christi patefacta est, hæc est amœnissima illa uia. Recens autem dicitur, eo quod paucissimis cognita fuerit, deinde uiuens, eo quod ad ueram uitam perducatur, id quod sanguis uitulorū nō potuit.

Per uelamentum. ] Exponit ipse quid per uelamentum intelligat, nempe carnem Christi, tamē sublime quid simul innuit, corpus Christi uelū est, quo nondū scisso, hoc est, passo, nō licuit in sancta introspicere & ingredi, mortuo autē Christo, uia ad diuinitatem contemplandā patebat, tunc enim spiritus electis mysteria ista reuelauit, quæ prius erant tecta.

Cunq; habeamus sacerdotem. ] Hæc supra capite 3. & postea 8. satis prolixè sunt tractata, quo te remittimus, Christus est summus ille sacerdos, mediator

mediator & aduocatus noster, præfectus eccle-  
 siæ, quæ est domus Dei, qui spiritualia dona su-  
 is distribuit atq; adeo suum spiritum. Quia au-  
 tem tanta bona offeruntur, certe nihil cunctan-  
 dū nobis erit. Accedamus igitur, sed uero cor-  
 de in certitudine fidei. Vis misericordiam apud  
 Deum impetrare, accede simplici corde. Nam  
 duplex & fraudulentum cor Deus abomina-  
 tur. Neq; satis putes si opinionem quandam de Deo  
 habeas, opus est plerophoria fidei nempe ut cer-  
 tus sis eius, quæ in te est, spei. Vbi cor contradi-  
 cit, ibi fides neq; firma est, neq; sufficiētibus sub-  
 nititur persuasionibus, sed à quouis uento huc  
 illucq; rapitur. Sensibus quidem ad certitudinē  
 fidei nihil opus est, sed cordis certo assensu mul-  
 tum. Comprobat nunc quæ dixit.

Vero cor  
 de Deo ac-  
 ceditur.

Aspersi cordibus, à conscientia ¶ Quis dabit  
 autem cor verum, & illam fidei certitudinem?  
 si corda aspergantur, & abluantur à mala con-  
 scientia per summum hunc sacerdotem Chri-  
 stum, Vera & persuasa de bonitate Dei erga se  
 erunt. De duplici baptismo hic loquitur, prior  
 est cordis, & per solum spiritum Christi peragi-  
 tur, posterior corporis & per ministrum aqua  
 fit. Talem autem oportet fidem nostram esse, ut  
 illius nos nunquam pudeat. Corde enim creditur  
 ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.  
 Ista uero non solum sacramentis fit, nam aqua  
 lotum esse, ad hanc confessionem salutiferam,  
 non

Duplex  
 baptismus.

non



ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD  
non satis est, sed & omnigenis uirtutibus, quas  
fides, si uera sit, progignit.

Teneamus confessionem spei ] Hoc est fidem  
immoram custodiamus ad finem usq;. Ob mi-  
nas, persecutiones, carceres, aut ulla quātūuis  
horribilia tormenta, à fide hac nunq̄ descisca-  
mus. Nam saluator pronunciat indignū esse  
regno cœlorum, qui admota iam manu ad ara-  
trum, respiciat à tergo. Addit rationem quare  
cōfessio fidei seu spei sit firmiter tenenda, dicens:  
Fidelis enim Deus est, qui promisit, quasi dice-  
ret, non est quod de fide Dei & illius promissis  
dubitatis, veracissimus est & mentiri nō potest.  
Igitur tuto illi de promissis creditur, quæ qua-  
lia sint, oculus non uidit, & auris non audiuit,  
neq; in cor hominis descendit. Transcēdunt em̄  
humanum captū, quę Deus diligentib⁹ se pro-  
misit. 1. Cor. 2. Adhęc etiam in medijs tormētis  
suos clementissimus pater non potest deserere,  
Nam uel à malis liberat, uel animum dat, qui  
prę æternis ista ut uilia contemnat.

Et consideremus nos inuicē, in  
hoc, ut prouocemus ad charitatem  
& bona opera, non deserentes ag-  
gregationem nostri mutuam, sicuti  
mos est nonnullis, sed adhortantes  
nos in

nos inuicem, idq; hoc magis, quod uidetis appropinquantem diem.

Confirmaturus Hebræos in fide, adhortatus est Apostolus, ut confessionem spei firmam teneant, qualis autem ista fides esse in unoquoq; debeat hic aperit, nempe ut sit per charitatem efficax. Multos de fide gloriantes uideas, sed paucos admodum reuera fideles. Ore Christum fati facile est, sed corde & opere non item. Examinanda igitur fides est, an uera sit nec ne, unde dixit: Consideremus nos inuicem, *Last vns vff einander ein fleißigs vffsehen haben.* Si quis ex fratribus lassescat, ali<sup>9</sup> exhortetur, si quis erret, alius in uiam reducat, si quis lapsus sit, alius erigat, si quis infirmetur, alius sanet, & quicquid quoquo modo charitas exigere potest, exequi studeat. Tantum autem abest, ut quis admonitus proximo suo irascatur, ut potius congaudeat de illius libera admonitione. In multis sane delinquimus omnes, quare non minimi benefici loco, fraternæ admonitiones sunt habendæ. In summa fides nō sit ociosa, sed per dilectionē cōtinue operetur. Hæc quisque & sibi dicta putet.

Fides sit efficax.

Et bona opera ¶ Bona opera sunt quæcumq; ex charitate non ficta proueniunt, & in proximi utilitatem dispensantur. Ista sunt opera propter quæ gloria patri, qui in cœlis est, accrescit, & Sal

Bona opera quæ.

& Saluator uult esse cōspicua. Mat. 5. Porro que ratio sibi affingit, & bona opera cenſet reuera non ſunt, ut templa ornare auro & gemmis, hiſq; ſimilia, & interim uiua Dei templa paupe- res negligere. Sola Charitatis opera ſcriptura paſſim commendat, exemplum euidentis habes in ea, quæ Chriſtum unxit. Mathei. 26

Non deferentes aggregatione ¶ Vult ut con- gregationi fidelium ſtudioſe adſint, conuentus pios non fugiant, neq; fratres ſtudiant, in eo enim defectus charitatis & ſciſma elucet. Iſta au- tem ut efficacius illis imprimat, appropinquan- tis diei, hoc eſt, extremi iudicij admonet. Quo autem magis hic dies approximat, eo magis ſtu- diū pietatis incumbendum eſt. Nam eo die rati- onem omnium factorū dare oportebit. Si qua arbor infrugifera & ſterilis fuerit, quid aliud ex- pectabit, quā ut in ignem cōſiciatur? Secundū opera ſane iudicabimur, ſed ea tanti nō ſunt, ut ex ſe ſalutem promereantur. Sumus enim uel omnia facientes quæ præcipiuntur, ſerui inui- les: Talia ut omnibus ſunt proponenda, præci- pue tamen tardioribus, qui quia non ſtrenue in- uia Domini pergunt, opus habent ut metu ad officium compellantur.

Nam ſi uolentes peccauerimus  
poſt acceptam cognitionem uerita-  
tis

tis, nō ultra pro peccatis reliqua est hostia, sed formidabilis quædam ex tatio iudicij, & ignis uehemētia, qui deuoraturus est aduersarios.

Multi hac Apostoli sententia ita offensi sunt, ut propterea integram epistolam suspectam habuerint, putantes semel Christum & ueritatem agnoscentibus, si in peccatū prolaberentur, pœnitentiam negari. Sed ista nequaquam est mens Apostoli, modo candide introspexerimus. Sūmatim autem hoc uult dicere: Christus post hac nōn ultra ad saluandum ueniet, sed ad iudicandum. Quibus uerbis desides & pigros ad faciendum officium mire extimulat. Minime uero dicit: Non relinquitur peccantibus agnita iam ueritate locus pœnitentiæ, sed nulla ultra pro peccatis relinquitur hostia, id quod notandum. Nemo enim alius post Christum redemptor & saluator expectandus. Et ita sententia hæc optime superioribus conueniet. Qui sub Mose peccarunt, Christum in humilitate uenturum saluatorem expectarunt. Nos postquam iam aduenit, talem non expectamus, sed seuerum iudicem. Memores igitur simus salutis nostræ, & fideliter illi, tanquam serui expectantes dominum suum uenientem à nuptijs, seruiamus. Quod autem pœnitentiam non neget, exemplo manife

Non negat lapsis pœnitentiam.

Q

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

stum faciemus. Dominus talentum dat seruo, commendans ut illo fideliter negocietur, nam ubi redierit rationem se sumpturum. Ille uero negligenti<sup>9</sup> domini iussu exequatur, atq; ita audiat: Si pergis esse negligentior, certe dominus non ueniet ultra talentum crediturus, sed poenam exacturus tanquam iudex. Istitis uerbis quaeso, an huic nego usu talenti, ne id in usuram exponere possit, eo quod dixi dominum illius expectandum esse exactorem? Nequaquam, imo potius ad sollicitudinem & dignum talenti usum extimulaui. Sic etiam hic sentias.

Duo peccata  
tū excusant

Volentes peccauerimus. Etiam hoc uerbulo *ἐκουσίως*, quidam offensi sunt, sed non spectarunt quo ista uerba spectet. Aposto<sup>9</sup> uult dicere. Deerunt nobis extremo die excusationes, quibus se aliqui excusare possent. Duo enim sunt, quae peccatores excusant, ignorantia uidelicet & coactio, quae tamen nos ueritatem edoctos non excusabunt, cum ad tribunal Christi statuemur. Neutiquam coacti sumus ad peccandum. Est quidem in nobis propensio seu procliuitas quedam ad peccandum, eam autem si approbamus, quomodo de peccato nos excusabimus? A deo enim uoluntaria sunt peccata, ut peccata iam esse desinant, si uoluntaria esse cessent. Si praeter uoluntatem quis peccet, non proprie peccauit, ut si quis casu homicidium perpetret. Nam animus laedendi proximum non adfuit. Adhaec neque ignorantiam poterimus

poterimus prætexere peccatis nostris, Christus enim uenit & locutus est nobis vnde nihil habem<sup>9</sup> quod peccato prætaxemus. Vbi Euangelium annunciatum est, & fide non recipitur, peccatum non aberit, atque ita nec excusatio. Quæ ergo hic dicuntur, huc pertinent, ut nobis omnem excusationem præscindant, si fidem & charitatem negligamus.

Formidabilis quædam expectatio ¶ Vult dicere. Admodum terribili forma his, qui non uigilarunt, nouissime adueniet, sed filijs Dei, qui spem suam in ipsum collocarunt, supra quam dici potest desiderabilis, capita namque sua, appropinquante ipsorum redemptione, leuant. Certum quidem si magnitudinem peccatorum nostrorum considerare uoluerimus, non possumus non diem hunc iræ exhorrere: carni enim intolerabilis est, sed si diuinam in nos clementiam & misericordiam atque adeo promissam nobis hereditatem perpenderit, non est quod quicquam trepidemus. Hodie vix umbellam diuini iudicij videas, & iusti ferè hic affliguntur, cum impij interim bene habent atque in delicijs agunt, verum in futuro seuerissimum conspicietur.

Et ignis vehementia ¶ Iudicium, vocat ignis vehementia, qui deuoratus est aduersarios & impios. Iuxta psal. 96. Ignis præcedet ante faciem eius. Luc. 3. Paleas autem comburet igni inextinguibili. & psal. 20. Pones eos ut clibanum ignis in tempore uultus tui &c. Cupient quidem

Iudicium  
impij expa  
uescunt.

Iudicium  
ignem de  
signatur.

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

aufugere impij, sed in medijs angustijs deprehenſi non poterunt, habent enim aduerſarium Deum quo nihil grauius, nihil intolerabilius excogitari poteſt. Quemadmodum enim igni nihil quicquã reſiſtet, ita nec iudicio Dei quiſquã elabetur.

Qui aſpernatus fuerit Moſi legē, abſq; miſericordia, ſub duobus aut tribus teſtibus moritur. Quanto putatis peioribus afficietur ſupplicijs, qui filium Dei conculcarit, & ſanguinem teſtamenti ceu rem prophanam habuerit, per quem fuerat ſanctificatus, & ſpiritum gratiæ contumelia affecerit?

Validũ argumentũ eſt à minori. Dicit Qui præuaricatus fuerit legem Moſi, conuictus duobus aut tribus teſtibus occidebatur: multo magis qui non hominem aliquem, ſed filiũ Dei conculcarit, æterno ſupplicio puniend⁹ erit. Et qui miniſtrum contempſiſſe impune nulli fuit, multo minus ipſum Dominum. Dicas, an non lex Moſe, lex Dei eſt, & ita etiã Chriſti: quare igitur maiorem pœnam hic, quam illic tranſgreſſor meretur?

meretur: Respondeo. Propter maiorem reuelationem & lucē, quæ est sub Christo, quàm sub Mose, maior ipsa transgressio fit, & consequenter etiam pœna. Quidam intelligunt hic legem *σωκενδοχικῶς*, pro iudicialibus tantum. Alij vero in genere de uniuersa lege, quam contempsisse morte dignū iudicabat: Vide 13. cap. Deu. ubi de falsis prophetis occidendis præcipitur, & 18. de idololatriis & inobedientibus. Nā istic legitur: In ore duorum aut trium testium morientur &c. Quare autē absq; misericordia, cum tamen bonum opus & deo grata sit: Est quidē, sed suo loco & modo, hoc est, si exhibeatur ad gloriam Dei, & proximi utilitatem. Sic noxijs misericordiam exhibeas, ut scias te maiorem debere læsis aut ledendis, quàm ledenti. Velle cōpati hostibus, & ita grassandi illis in proximos uiam munire, præpostera nimium esset misericordia. Sic delinquenti sis misericors, ut nihilominus ad gloriam Dei malum è medio tollas, & male agentibus sis terrori non bene agentibus, si modo diuinitus gladium gestas.

Misericordia nō ubique bona.

Filium Dei conculcarit ¶ Mira uehementia loquitur. Qui Euangelium audierunt & contēnūt, uel eo indigne uiuūt, profecto grauissimas merentur pœnas. De istis autem hic loquitur, & non de persecutoribus & peccantibus in spiritum sanctum, ut quidam putant, istos Deus iudicabit. Conculcamus autem hoc, quod vile in

Qui filium Dei cōculcent.

Q 3



ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

oculis nostris, & nullius momenti habetur. Sic istis filius Dei vilissimus & nauseabundus est: deinde etiam pretiosissimum sanguinem illius, quo cum foedus nostrum cum Deo sancit, non maioris ducunt, quam si sit prophanus, nullius neque efficaciam, neque emundatricis uirtutis, imò puri cuiusdam hominis, hirci, uel bouis, cum tamen eo unico sanctificandus, & ab omnibus peccatis emundandus fuerat.

Hic locus facit ad intellectum eius, quod legimus. i. Cori: 10: Non dominus iudicans corpus domini. Addit præterea. Spiritum gratiæ contumelia affecerit. Hunc spiritum Christus innouaturus corda hominum per suos Apostolos effudit, quos qui contempsit contumelia affecit Christum, non solum spiritum sanctum contristauit. Deus sæpius spiritu suo cor tuum ad penitentiam inuitat, pulsat ut illi aperias, quæ si audire nolis, poena certò imminet, eaque grauißima, Memineris ergo eius quod supra dictum est: Hodie si uocem eius audieritis &c.

Novimus enim eum qui dixit: Meum est ulcisci, ego rependam, dicit Dominus. Et rursus: Dominus iudicabit populum suum. Horredum est incidere in manus Dei uidentis.

Ad mu

Ad mutuas exhortationes Apostolus iam supra fratres Hebræos hortatus est, & ita lassos metu diuini iudicij alacres & vigilantes reddere studuit. Addens, grauissimū suppliciū expectare eos, qui postquā ueritatem audiuerunt, usq̄ tamen in peruersa & voluptuosa persistāt uita, quo facto, filium Dei conculcent & sanguinem illius prophanum censeāt, digni uidelicet qui pereant si non resipiscant: nunc aliquot alijs rationibus ad idē hortatur, adductis in hoc testimonijs ex scriptura. Dicit autem. Nouimus eū qui dixit. meū est ulcisci &c. desumptum est hoc ex Deut. cap. 32. ubi sic legitur: Mea est ultio & ego retribuam, tempore suo labetur pes eorum &c. hoc est, apud me est uindicta, siue potens sum ad uindictam, peccata inulta nemo feret, Deus zelotes sū, nihil non iniustitiæ punio. Alij uentur hoc loco ad patientiam, committentes Deo ut puniat. Nolim tamen ego nos uel minimæ uindictæ esse auidos, ut inimicis nostris uindictam à Deo inferri exoptemus, nisi omnino certi simus, hoc ad gloriā Dei facere, quemadmodum Helisæus fuit. Et quia qui uindictā petit, animo se ulciscitur, nō carebit peccato apud eū, qui etiam inimicos te diligere iussit. Igitur Deo committe, ut pro sua uoluntate lædentes ulciscatur, uel non ulciscatur.

Et rursus: Domin⁹ iudic. ] Eodē loco Deut: habetur, quasi diceret non solum Pagani & Eth

Deus uictus  
scitur peccata

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

nici Deum nescientes iudicabuntur, sed & populus ipsius, nimirum an vera fide uel ficta egerit. Neque enim personarum acceptor Deus est, peccantem punit, siue sui populi nomine, siue min<sup>9</sup> quis appellerur. Imò cum incredulis, huius ferè nihil opus est. Nam quotquot non credunt, nō iudicabuntur, iam enim sunt iudicati, sententiā tantum expectant. Sunt qui יריי iudicabit, p uindicabit exponunt (est enim יראתæ significationis uerbum) quod quidem parum quædrabit, nisi pœnis de illius impietate pri<sup>9</sup> sumptis intelligas. Iudicium enim illius à domo sua incipit, id quod consonum est nostræ interpretationi, modo locum Deut. & Psal. 35. nam & illic est, quis rite perpendat

Horrendum est incidere. ¶ Quia non est qui de manu illius possit eruere. Lata sententia, nulla superest redemptio: Apud homines iudices, forsitan quis patrocinio, precibus, muneribus aut alia quapiam re quid efficiat, sed apud Deū incorruptibilem & æquissimum iudicem longe aliud est. Et si iusti sua opera intuentes hunc iudicem horrent, quid quæso de impijs dicemus? Est autem hic primus exhortationis locus. Quæras hic quomodo Apostolus dicit, Horrèdum esse incidere in manus Dei uiuentis, cum Dauid dicat: Melius esse incidere in manus Domini, eo quod multæ sint miserationes eius, quàm in man<sup>9</sup> hominum, ut qui nesciant misereri: 2. Reg.

28. Respondeo. Apostolus respicit futurā uitā, in qua lara iam sententia peccatorum nulla est uenia, David uero præsentem uitam, in qua cuiq; pœnitenti ex animo, in promptu est uenia, esto interim dominus puniat, Hoc tamen poti⁹ remedium est peccatorum, quàm pœna propter admissa censenda. Pergamus nūc ad reliqua.

Redeant autem uobis in memoriā superiores dies, in quibus illuminati, ingens certamen sustinuiſtis afflictionum: partim quidem dum & probris, & pressuris affecti, spectaculo fuistis omnibus: partim dum consortes ita cōuersantiū facti estis. Siquidem & afflictionum, quæ ex uinculis meis contigerunt, participes fuistis, & direptionem facultatū uestrarum cum gaudio accepistis, scientes uos habere in uobis potiorē substantiam in cœlis ac manentem.

Alius locus est, quo seigniores admonemus

Q5

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

ut strenue in incepto pergant, nempe à conserua-  
 tione gloriæ & proprii nominis. Vult autem il-  
 los operam dare, ne bonum nomen principio  
 assecutum ignauia sua conspurcent. Illumina-  
 tos hic, intelligit sicut & supra cap. 6. baptiza-  
 tos & spiritum s. consecutos. Baptismum autē  
 φωτισμα, id est, illuminationem dicebant uete-  
 res, eo quod idololatriā tenebras esse, legemq;  
 Mosaicam umbram uerorum bonorum cre-  
 dentes baptizati rescuerunt. Varias, inquit, &  
 grauissimas afflictiones propter nomē Christi  
 pertulistis, strenuos athletas & infracti animi  
 uos exhibuistis, pudeat ergo nunctam gloriose  
 certamē hoc, cum mundo, carne & demone ag-  
 gressos, ignominiose deserere & ἠραβεῖον amit-  
 tere, inq; medio cursu resistere. Possunt & hæc  
 dici ignauis Christianis, quorum prohdolor,  
 non paruum numerum hodie passim uidere  
 est, qui primum in negotio ueritatis supra mo-  
 dum uisi sunt ardere, sed progressu temporum  
 ita isti refriguerunt, ut uideas eos nuncq; ex ani-  
 mo ueritatem coluisse.

Baptismus  
 φωτι-  
 σμα  
 dictus.

In opera  
 non respici-  
 endum.

Cæterum hic locus Apostoli à nemine eò ra-  
 piatur, quasi nos confidentiam in opera nostra  
 docere, atq; ita securitatē quandā nobis ex me-  
 ritis persuadere uelit, id quod blasphemū esset,  
 sed uult nos memores operum & certaminum  
 ideo, ut ex ijs animemur, & præsentiam Dei lō-  
 gius nobis adfuturam speremus, si crucem im-  
 positam

positam alacri animo perferamus. Aliàs scitis ex Paulo assidue progrediendū esse, oblitis omnibus quæ à tergo sunt, ut ad ea, quæ à fronte sunt enitamur, & præfixum signum apprehendamus, palmam supernæ uocationis Dei, per Christum Iesum. Phil. 3. Et quomodo quæso in operibus nostris nobis placebimus, cum uelimus nolimus, seruos inutiles nos fateri oportet, nisi uelimus nos ipsos fallere? Respicere licet in opera, sed ita, ut Dei uirtutem auxiliatricem in his glorifices, atq; ad maiora animatus fide augetas, non ut opus per se, uel quatenus à te factum tibi placeat, hoc enim esset pharisaicum & Luciferianum. Sinistra tua nesciat quid faciat dextra, tantum abest, ut in tuo opere quod nullū est, oblectari possis.

Partim quidem dum & prob. ¶ Enumerat nunc passionum aliquot genera, primum autē opprobria, deinde angustias, postea compassiones in alienis, postremo direptionem facultatū. Quod cōtumelias & præssuras attinet, illi Christiani facti omnibus ludibrio erant, maxime Iudæis, à quib; apostatae à lege Mose, blasphemi, & pessimi mortaliū habiti sunt. Ita ab hoc mundo discipuli ueritatis excipiuntur, siquidem & Christus hoc futurum prædixit: Eritis odio habiti ab omnibus propter nomen meū. Ad hæc propriū mundi est, pessima quæq; in ueritatis cultores iacere, & opprobrijs tantum non obruere,

*Quanta p[er] in primiti-  
ua ecclesia  
p[er] Christo  
passi sunt.*

ruere, Ea tamen si occulta fuissent, forte generosus animus cuiusq; neglexisset, sed quia publica fuerunt, certe pacato animo ferre nemo, nisi Christianus sustinuisset. Tempore Domitiani multi famosi libelli in Christianos passim scripti sunt, ita ut spectaculum fieret toti orbi, tantis autem opprobrijs infectati sunt, ut ferè latitent, & nunquam in publicum prodirent. Nam nullibi patrociniū inueniebant, & rerum omnium summa laborabant penuria, quæ sane nō contingunt ut quis sine certamine perferat. (Auctor est Eusebi.) Vnde qui temperarij erant, istis uisis facile hastam abiecerunt & tanquam sues ad uolutabrum reuersi sunt. Constat autem satis oportuisse hos optimos uiros & fortissimos fuisse, qui tanta mala propter Christū subire non dubitarunt.

Partim dum consortes ] Propter compassionis virtutem hic laudantur. Sæpe plus dolet fratri illatum malum, quam si proprio nostro corpori infligeretur. Et profecto nō mediocris uirtus est, adflicti non erubere, nam ille Christum confitetur. Socij autem adflictionum in eo conspiciantur, quod se mutuo consolabantur, & animabant aduersa quæq; pro nomine Christi animose ferenda. Tantus ardor ueræ charitatis in illis fuit, ut quicquid alteri accidebat, quisq; suum hoc putaret. Aduertamus & nos quo charitatis uirtutes exprimere conemur si uere credimus

dimus

dimus. Dicit autem: Et uinculis meis compassi fuistis, nimirum Hierosolymis captus intellexi quæ essent uiscera misericordiarum in me, quæ tamq̃ esset fides uestra in Christum.

Et direptionem facul: ¶ Ultimo uirtutem omnia propter Christum relinquendi laudat, nempe quod tam inexpugnabili animo etiã facultates suas sibi passi sunt diripi. Legem enim statuerant magistratus in multis locis, ut qui Christũ professus fuisset, illius bona diriperent. Tamen quantumuis hoc carni durum fuerit, p̃i ut qui thesaurum suum in coelis reposuissent, quo neq̃ fur, neq̃ quicquam incõmodi peruenire potest, æquo animo pertulerunt. Propter ueritatẽ bonis periclitari, non minoris est apud Deum, q̃ si illa in pauperes erogasses. Contristari ob ui abrepta bona, signum est infirmiusculæ fidei. Non autem dicit simpliciter, accepistis, sed addit cum gaudio, ut uideas perfecte illos omnia propter Christum abnegasse. Sic Apostoli indignis modis tractati, cum gaudio ibant à conspectu concilij, quod digni habiti essent, ut pro nomine Christi contumelia afficerentur. Bene autem addit: Scientes uos habere potiores &c. Incomparabiliter enim potiores sunt animi diuiciæ, externis & fluxis. Quicquam pro Christi nomine pio animo relinquere, est hic centuplũ recipere, & in futuro uitam æternam. Marci. 10. Diligentibus enim Deum nihil desit, quod ad salutem

lutem



Iudem tum corporis tum animi illorum attinet. Pluris sunt Deo quam auiculæ, quas quando tam liberaliter, nullo ipsorū labore pascit, quomodo filijs suis uictū & amictū necessariū negare possit: ut taceam⁹ nūc nūquā peritura bona, quib⁹ suos ornat. Sed pergam⁹ ad reliqua.

Ne abieceritis igitur fiduciā uestram, quæ magnam habet præmiū retributionem. Nam patientia uobis est opus, ut ubi uoluntatem Dei peregeritis, reportetis promissionē.

Argumentatur iam à magnitudine præmiorum illos expectantium, quæ & ipsa non mediocrem uim ad excutiendam somnolentiam habent. Omnia inquit, in hoc dico, ut libertatem illam & fiduciam in Deum fortiter tueamini, uel ob id quod tanta uobis proposita sunt præmia, nimirum quæ neq; oculus uidit, neq; auris audiuit, neq; in cor hominis unq; descenderunt. Tantum ergo thesaurū ne negligatis obsecro, quod & facietis scio. si patientiā, qua hic iuxta saluatoris sententiā, anima possidet, adepti fueritis. Nā ea uobis sumē necessaria est, ut pacta iā uolūtate Dei, pmissionib⁹ illius potiri possitis.

Adhuc enim per pusillum temporis

poris

poris & qui uenturus est ueniet, & non tardabit. Iustus autem ex fide uicturus est, & si se subduxerit, non probabitur animo meo. At nos nō sumus, qui subducamus nos in perditionem, sed ad fidem pertinemus in acquisitionem animæ.

Dicant isti, patienter omnia ferremus mala, si nō tam longum esset tempus? Respondet Apostolus & dicit perpusillum esse tempus, & statim finem tribulationum credentibus affore: quod nimirum maximo solatio est afflictis. Nam mala quæ hominum fragilitati hic incumbunt, magis tolerabilia fiunt, si constet ea paruo tempore duratura. Est autem argumentum a breuitate temporis ductum. Amplius quid insinuat cum dicit ὅσον ὅσον, quantumcunq; temporis sit, triginta, quadraginta, aut eo amplius, tamē parum hoc, imò uix momentum uideri debet, si conferatur ad æternitatem, quæ omni fine caret, cum præsens tempus suū aliquando sortitur finem. Momentanea sunt mala huius sæculi, neminem terrere debent. Sæculum enim mundi, punctum est ad æternitatem. Esai: 54: Ad punctū in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te, in momento indignationis  
parum

Momentanea mala siue crux.

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

parumper abscondi faciem à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui. Huc facit & hoc quod est in. 2. ad Corinth. 4. Nam momentanea leuitas afflictionis &c.

Iustus fide  
uiuet quid.

Cæterum Apostolus testimonium hoc ex Abacuc cap. 2. citat, non tamen de uerbo ad uerbum. Nam posterius in propheta hic præmittitur, & superiora hic subiungitur. Apostolus autem uel illius interpretes iuxta LXX, & non iuxta Hebr. ueritatē citat, tamē fidelissime locū ipsum tractat. Hebræus sic legit: Si moram fecerit, expecta eum, quia ueniens ueniet, & non tardabit. Ecce uiri superbi, non est recta anima in eo, iustus autem fide sua uiuet. Argumentum Prophetae audiamus, & clara erit sententia quam ipse proposuit. Prædixerat superbū regem Babylonis Nabuchodonosor Hierusalē cū omni terra Israël in captiuitatē ducturū & in illa detēturū esse. Sicq; populus Israël .70. annis futurus erat captiuus, quem tamen iterum propheta consolatur & erigit, dum proponit ut expectetur Dominus, qui uere uenturus & liberaturus eos sit. Sed ecce uir superbus, hoc est impius contemnit hoc, nec futurum credit, proinde illum non comprobabo neq; etiam saluabo. Iustus autem uaticinium non negliget, credit namq; me ueracem, fidemq; certissimam in uerba mea collocat, uiuet ergo, pereuntibus interim peste, fame, & gladio omnibus impijs, ut qui prædictis à prophetis

phetis non crediderunt. Quemadmodum etiã  
 ñs contigit qui capta iam Hierusalẽ in terra ma-  
 nentes Hieremix, & in Babylone derenti, Ezehi-  
 eli non credentes, perierunt. Hæc ad historiam  
 satis. Sic nobis & Christus post .LXX. annos,  
 hoc est, post reuolutum tempus correctionis &  
 hora redemptionis liberator affuturus est. Se-  
 cundo autem iudex uiuorum & mortuorum  
 plene nos liberaturus à mortalitate hac ueniet,  
 & immortalitate donabit, ut uiuamus cum eo  
 in perpetuum. Ponit autem propheta hic duos <sup>Duplex po-</sup>  
 populos, unum fidei, alterum subductionis, <sup>pulus.</sup>  
 unũ qui probatur animo Dei, alterũ qui illi nõ  
 probatur, unum qui ad uitam pertinet, alterum  
 qui ad interitum. Qui ad uitam pertinent, cre-  
 dunt Christo, parati omnia pro illius nominis  
 gloria ferre, patientiãq; animas suas in hoc pra-  
 uo sæculo uere possident, & hi proprie iusti uo-  
 cantur. Qui uero ad interitum, Christo non cre-  
 dunt, sed habent illum pro ludibrio, sicut & pro  
 fabula quicquid illis de pietate, & uita secundũ  
 Deum instituenda dicitur, isti *ἀθεοί*, impij & re-  
 iecti in scriptura passim dicuntur.

At nos non sumus qui ¶ Non sumus ex nu-  
 mero illorum, qui Christi pmissis & dictis non  
 credunt, sed ex his qui credunt, & ueri filij Ab-  
 rahæ sunt, idq; in acquisitionẽ animæ, hoc est,  
 ut uitam acquiramus æternam, utcunq; contra-  
 rium in sanctis appareat; Christũ em̄ sequentes

℞

ANNOT. IN EPIST. D. PAVLY AD

se perditum ire uidentur, maxime si presentia  
quis contempletur. Alias & impij & iniusti ani-  
mas suas seruant, sed ad interitum & gehennā.  
Atq; ita ad confirmandum piorū conscientia,  
dictum hoc prophetæ multum facere potuit.  
Cæterum hoc dicto: Iustus ex fide uicturus est.  
Apostolus ad Romanos & Galatas, ubi super-  
biā pharisaicā reñcere uoluit paulò aliter utitur  
quàm hic, fidem autem non intelligit falsam il-  
lam de Deo opinionem, quam quidam affin-  
gunt, sed persuasionem animorum constantem  
de diuinis rebus per spiritum sanctum factam,  
adeoq; ueram diuinarum rerum cognitionem.  
Nam ubi uera cognitio Dei est, ibi & fiducia mi-  
nime ociosa sit, oportet. Hanc qui habet frugife-  
ra arbor censetur. Hebræus fide sua legit, oportet  
enim quemq; sua ipsius fide, non aliena salua-  
ri, id quod neq; opera neq; lex ipsa absq; spi-  
ritu præstare potest. Iam quicquid nō fit  
ex fide, peccatū est, utcunq; speciosum  
in oculis hominum appareat. Quia  
autē tanti illi fides est, ut ea sola sa-  
lutem parari significauerit, lati-  
us nunc sequenti capite, ut  
audiemus, eam prædica-  
re instituit:

CAPVT

Est autem fides earum rerū quæ sperantur subsistentia, argumentum eorum quæ non videntur.

Fidem hic Apostolus definit, ne quis illum superiori testimonio, fidei nimium tribuisse putet. Fides, inquit, est rerū sperandarū ὑπόστασις, id est, subsistentia, Basis, fulcrum siue fundamentum, in quod res sperandæ incumbunt. Res autem quæ sperantur, sunt remissio peccatorum, regeneratio in nouam uitam, & quicquid celestium bonorum nomine venit, istæ res quodammodo in animo hominis, tanquam in sede sua insident, & per spiritum Dei firmiter consistunt, suntque gustus quidam, & experientia eorū, quæ sperantur & nō vident, interim tamē pro certissimis habentur. ἔλεγχος, argumentum, indicium, conuictio dicitur, & est idem dictū cum eo quod præmisit.

Porro consilium Apostoli hoc uideēt fuisse, primum ut illos ad maiorem curam & studiū fidei, tum ex illius natura, tum exemplo maiorum perduceret: deinde ut illos propter præsentis afflictiones & passim incurrentia mala consolaret, quo infracto animo fide & patiētia freti, per omne genus aduersitatum perirumpent, atque ad celestem patriam contenderent.

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

Notent hanc definitionem, qui subinde de sua se  
de gloriantur, & uidebunt longe aliud esse quam  
uulgus hominum putat. Certe fides non est ocio  
sa res, quemadmodum & supra diximus.

Per hanc enim testimonium me  
ruerunt seniores.

Ob talem fidem seniores, & quotquot à cre  
atione mundi prius fuerunt, testimonium iustitiae  
acceperunt, & non propter ipsa opera, esto ad  
modum istis claruerint. Haec subsequentibus  
per multa exempla maiorum manifestum faci  
et. Subijcit:

Per fidem intelligimus perfecta  
fuisse secula uerbo Dei, ut ex his que  
non apparebant, ea quae uidentur fi  
erent.

Fide cognoscimus quanta sit Dei bonitas &  
potentia, qui secula, hoc est, omnia quae creata  
sunt, tam uisibilia quam inuisibilia, creauit &  
quod nunquam satis mirari possumus, ex nihilo  
creauit. Certe ratio humana non docet sicut nec  
capit coelum & terram, tempus uel suum habere prin  
cipium, id quod Philosophi ad unum ferè om  
nes negarunt. Neque mirum, Nam eò Deus illam  
pertingere non uoluit. Spiritus autem sublimia ista  
quae sola fide percipi possunt docet. Ad haec que  
cunq;

cunq; creata sunt, hominis causa esse creata, hoc qui perpendit, certe fieri non potest, quin tantum opificem redamet & huic per omnia placeat. Hinc em̄ fides assurgit, & paulatim etiam alia æque sublimia ut remissionem peccatorum, resurrectionem mortuorum, & uitam æternam credere adsuescit. Nam si credas filium Dei tibi donatum, atq; adeo pro te mortuum facile fides ostendet, tibi cum illo omnia esse donata, & ita pacem cum Deo habere, à quo prius propter admiffa non potuisti non trepidare, iudiciumq; illius exhorrescere. Porro sæcula non solū facta sunt, sed & perfecta sunt uerbo Dei, hoc est, occulta uirtute seu iussu Dei. Hoc qui nouit, ex fide sit oportet.

Per fidem uberiores hostiam Abel.  
Abel obtulit Deo, quàm Cain, per quam testimonium meruit, quod esset iustus, testimonium perhibente de donarijs illius Deo, & per hanc mortuus adhuc loquitur.

Quia homines exemplis magis, quàm rationibus, ut que sensibus min<sup>9</sup> exposita sunt, mouemur, & ferè pudet ciuitatis nostræ municipes nobis præcurrere, nos uero non subsequi, uoluit Apostolus varijs, n̄sq; præclaris ueterum exem-



ANNOT . IN EPIST . D . PAULI AD

plis, ad fidē illos atq; adeo nos inhortari. Multa autē exēpla maiorū proponit, quib⁹ nos ad perseverantiam animar, ut ita omnem excusationem deinceps nobis præscindat, postquam & illi fratres nostri, tanta fide claruerunt. Non est quod tuę diffidentię patrocineris dicens, Quis hoc facit? Habes quos imiteris, quotquot à condito orbe pie vixerunt.

Incipit autem à primo iusto, Abele, quem rāto magis admirari possumus, quanto minus cuiusquam exemplum illum secutum legimus. Et profecto non potest non aggrauare damnationem nostram, qui tot & tam p̄claris exemplis inuitari, Deo nos cōcredere, illiq; fidem habere adhuc dubitamus. Abelem autem primū iustum ideo dico, quod scriptura Adamū ubiq; ut peccatorem introducit, non quod negare uelim & hunc cum coniuge sua iustitiam consecutū Deo credidisse, sed quia scriptura huius nō commemorat, temerarium fuerit asserere. Satis sit nobis secundum scripturam loqui. Cæterum pulchrum est uidere hic, quomodo in sacris literis uersandum sit, & quid potissimum inde excerpendum, nempe fides & patientia tanquam præcipua capita salutis. *καὶ ἀ καὶ* quod hic ponitur, est Hebraismus, nos dicimus, quam Cain.

Legimus Genes. 4. quomodo Eua pepererit Cain, primogenitū & potioris dignitatis quā Abel

Abel, qui posterius natus, & ita contemptior fuit, id quod & nomina præ se ferunt. Nam Abel uanitatem, Cain possessionem significat. Scriptura aliquot Adæ filios nobis tantum recenset, ut in quibus quod satis ad ædificationē sit, edocere possit. Per Cain & Abel duo hominum genera nobis ob oculos depinguntur. Primum hypocritarum, in Cain, alterū iustorum, in Abel. Et ita mundum tam ex malis quam bonis constare debere, spiritus sanctus hoc typo adūbra reuoluit.

קין  
לבה

Per quam testimonium ¶ Vterque legitur obtulisse Deo, sed diuerso animo. Abel fideli, Cain infideli, & quia infidelis hic fuit, obtulisse dicitur qualiacunque, citra delectum & studium, longeque deteriora, quam frater ipsius Abel, qui de primogenitis ouium suarum, & adipibus earum obtulit. Propterea etiam Deus ad Cain non respexit. Quia autem nulla reuerentia Dei ducebatur, proximo & fratri inuidebat, reprehensusque, illum occidit.

Porro nemo putet, quod Deus ideo respexit ad Abel, & ad munera illius, quia ista fuerint selectiora & preciosiora. Nequaquam. Nam externi ille nihil moratur, sed quia fide ista obtulit, idque summo cordis studio, Deus testimonium illi fert, iustumque reputat. Ex moribus autem utriusque satis perspicitur, qua quisque mente perditus fuerit. Vbi fides, ibi charitas; ubi nulla fides, ibi neque charitas, sed

inuidia crudelitas, & pessima quæq;. Habes exemplum in Cain, qui ubi animaduertit fratrem Deo probatum, se uero reiectum, non persecutus est causam, sed inuidia & malitia mētis fratricidium perpetrare non erubuit.

Abel mortuus loquitur.

Et per hanc mortuus adhuc loquitur. Quia Deus hostiam Abelis acceptauit, & gratiam habuit, puta ex fide oblatam, Cain Deo non fidens coepit inuidere fratri: & quia Deum, quem odio habuit, lædere non potuit, seruum illius aggressus est (id quod omnes impij facere solent) & in medium campum euocatum occidit. In quo Abel miram lenitatem & obedientiam declarans, ne uel minimam occasionem fratri sæuienti in se daret, ut maiori natu, & apud quem ex primogenituræ dignitate imperandi autoritas diuinitus esset, parere uoluit. Verum per hanc, fidem putata, mortuus, adhuc loquitur. Si loquitur, oportet quod & uiuat. In quo efficaciam & uictoriam fidei ob oculos Apostolus posuit. Memoria autem illius celebris, & nobis hodie loquitur, atq; ad fidem patientiamq; cum primis cohortari nos non cessat.

Per fidem Enoch fuit translatus ue uideret mortem, nec fuit inuentus, propterea quod transtulerat illum deus.

Secundo

Secundo loco Enoch laudat̃, is iuxta ea, quæ  
 in epistola Iudæ legimus, septimus ab Adam  
 fuit. Septenarius autem numerus, ut scitis, suo  
 mysterio non caret. Eam autē laudem à scriptu-  
 ra habet, quam nemo quisquam ante illum. Nā  
 Abel primus iustus in flore ætatis trucidat⁹ est.  
 Quibus fabulæ cordi sunt, dicunt eum adhuc  
 uiuere, & ante extremum iudiciū diem, cum He-  
 lia uenturum. Verum nemo mihi facile persua-  
 serit. Scio, Ecclesiastici. cap. 44. uulgata æditio  
 habet, Enoch placuit Deo, & translatus est in pa-  
 radysum, ut det sapientiam gentibus, sed istud à  
 lectione Græcorum discrepat, qui legunt: ἐνώχ  
 ἐνῆρεσκησεν κυρίῳ, ἢ μετέβη ὑπόδραγμα  
 μετανοίας ταῖς γενεαῖς. Enoch placuit Domi-  
 no, & translatus est exemplum resipiscentiæ gen-  
 tibus. Et Gen: 5. secundum. LXX, καὶ ἐνῆρεσκη-  
 σεν ἐνώχ τῷ θεῷ, καὶ οὐχ ἐνρίσκειτο, ὅτι με-  
 τέβηκεν ἀνὰ ῥόδους. Et placuit Enoch Deo,  
 & non inuentus est, quoniam transtulit illum  
 Deus: Istis tamen uerbis non conuincitur, quod  
 non sit mortuus: quia si fuit ex semine Adam,  
 oportet quod & mortalis fuerit. Et pro-  
 fecto uerisimile est hoc, & analogiæ fidei conso-  
 num. Nam unus Christus primogenit⁹ est mor-  
 tuorum, & paradysum credentibus reserauit.  
 Et quod me magis mouet, quanto tēpore Chri-  
 stus p̃cium redemptionis non persoluit, tanto  
 etiā romphea uel flāmeus gladius & uersatilis

Enoch

An enoch  
 recte dicat̃  
 tur uiuere.

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

paradyfi aditum prohibuit. Iam si ipse in paradysum translatus, quomodo Christo sua dignitas salua permanfit? Quod si miraculum hic ponis, oportet quod expectet adhuc mortem & immutationem.

Verum si quis morem Apostoli animaduertat, non mirabitur quod posuit, eum non uidisse mortem. Nam sicut & supra de Melchisedec factum scimus, nihil adfirmare uoluit praeter scripturae testimoniū, & quia haec expresse non habeat illū mortuum, neque ipse statuere conatus est. Interea tamen non negat eum mortuū, sicut nec Melchisedec. Scriptura autem nimirum ideo reticet, ut nobis ostendat, per fidem nobis spem esse uitae aeternae & immortalitatis. Apud Hebraeos inuenio, qui eum tradunt morte praecipuum, atque, cum nondum ad eum numerum annorum peruenigisset, quem maiores sui affecuti erant, puta septingentorum annorum & amplius sed translatum, hoc est, ablatum fuisse a conspectu hominum. Sic Rabi Schlomo & Aben Esra.

D. Chrysofomus annotat, quod hic contendendum non sit, id quod neque ego cum quoquam fecero, citra enim pietatis iacturam haec ignorari possunt.

Priusquam enim transferretur,  
testimonium meruerat, quod placu-  
isset

isset Deo. Atqui sine fide, fieri non potest ut quis illi placeat. Nam qui accedit ad Deū, hunc credere oportet esse Deum, & esse remuneratorem quærentibus se.

Nunc considerat latius, unde factum sit, qđ translatus fuerit, nempe eo quod placuit Deo, sed non placuisset illi unquam, si fide destitutus fuisset, à qua sola sunt omnia. Idem autē est placere domino, & ambulare coram Domino, id quod Genes. est. Reliqua per se plana sunt. Cæterum quia Apostolus hic insignē sententiam posuit nempe: Sine fide fieri non posse, ut quis Deo placeat, quærat hic quispiam, num & pueri habeant fidem, Deoq; placere possint? Vnū si admiseris, iam & alterum admisisti. Si fidem habent, etiam Deo placebunt, & ecōtra. Dicis. Quomodo fidem habebunt, cum animales sint natura, & Deum non cognoscant, atq; adeo inter dexteram & sinistram discernere nondū queant? Si non habent, quomodo ex numero Christianorū censendi sunt? Respondeo, pueri neq; creduli, neq; increduli sunt dicendi, sicut nuper nati catuli, neq; cæci, neq; uidentes, quia nondū appropinquavit tempus illorum, ut uisum recipere. Sic etiā de pueris, quantū ad actum tempusue credulitatis attinet, dicere licebit, qđ fidē non

An pueri  
habeant fidem.

ANNOT. IN EPIT. D. PAULI AD

non habeant nisi per miraculum, id quod Diuus Augustinus aliquoties fatetur. A miraculo autem non est arguendum, sed a re ipsa. Verum pueris quotquot in librum uitæ inscripti fuerint, eundem spiritum sanctum præstari, non temere negare possumus: sunt enim sancti, & in eodem cum credentibus foedere, eademque religione, suoque tempore, fidem suam confitebuntur. Dauid esto adulter, tamē Deo placuit, nam erat ex electis illius, & in librum uitæ inscriptus. Et ut uno uerbo dicam, ætas & confitendæ fidei impotentia, diuine gratiæ in electis non præiudicat, sicut nec reuelationi spiritus sancti. Sed de hoc paucula ista in transcurso sufficiant. Tu diligenter uerba Apostoli mente recondas, sunt enim dignissima. Et obserua primum atque adeo præcipuum accedenti ad Deum esse, ut Deum credat, & animo persuasissimus sit, deinde ut credat illum quærentibus se in ueritate esse sufficientissimum remuneratorem, hoc est, beneficium. Quomodo enim quisquam se ei addicere possit, a quo nulla bona speret. Sequitur.

Noe Per fidem admonitus oraculo  
Noë, ea quæ nondum uidebantur,  
ueritus, apparauit arcam ad salutem  
domus suæ, per quam arcam condē  
nauit

navit mundum, & eius quæ secundū fidē est, iustitiæ factus est heres.

De Noë, legis Genes. 6. qui fuit fili<sup>9</sup> Lamech, statim autem ab initio nomen accepit eius, quod postea facturus erat Dominus. **נח** enim quietem significat. Inde plerique theologorum colligunt, quod ille per omnem vitā suam, mundū omnigenis sceleribus supra modum fermentatum, ad resipiscētiā reuocarit, diluuiumque uocatum esse quietem, ut homines cessarent à laboribus suis. Alioqui non uideretur quomodo nomen **נח** Noah, ipsi congruat. Hebræi autem dicunt Noë agricolam fuisse, instrumentaque rustica, inuenisse, quibus homines terram colerent, quæ maledicta prius in opere illorum, quietem nunc à multitudine laborum præstaret. Sed hæc nihil ad institutū. Satis clarū est cuius typū Noë iustus gesserit. Apostolus exemplo hoc utitur ad fidem contestandam. Nam Noë oraculo admonitus accepit, & indubitanter credidit, cuius nullum usquam indicium apparebat, neque presagium aliquod uenturi imbris conspiciebatur. Quod si uidisset quid, uel saltem leuibus coniecturis colligere potuisset, iam euacuata illius fuisset fides. Oraculo, dicit, Vnde hoc: cum nulli essent prophetæ: nullum externum uerbum audiretur: iustus, perfect<sup>9</sup> & integer Noë corā Domino, diuinam inspirationem, quam hic oraculo

Vnde nomen hoc  
fortius sit



oraculo uocat, domesticam habuit. Certe res illa non caruit tentatione, eaq; acerrima. Nam ut Satan ubiq; & in omnibus fidem impugnat, ita & in hoc iusto, sicq; in fabricatione arcæ & pro uocatione ad pœnitentiam, omnium irrisioni & contemptui patuit.

Apparuit arcam iustus vir, quod nō uulgaris fidei in illo argumentum fuit. Solet enim quis que agere, secundum quod omnino edoctus est. Quare autem sibi non timuit à diluuiō: quia se liberandum sciebat, atq; hoc beneficio fidei, idcirco reuerentia Dei & metus religionis illū tam sedulum fecit in omnibus, quæ illi præcepta fuerant. Per domum intelligit familiam suā, octo illas animas, quæ seruatæ erant.

Per quam condemnauit mundum ] Mundū non machinam illam immensam, sed mundanos homines intelligit, & qui toti mundo erant dediti, cœlestiaq; omnia aspernabantur. Contemptui illis erat prorsus uerbū Domini. Hunc mundum sua arcæ fabricatione iudicans præmonuit, ut caueat imminētia mala, qui ubi nō resipuit, condemnationis accepit sententiam iustā. Alij, non iudicauit sed condemnauit comparatione uidelicet, quemadmodū de regina Austri in Matthæo est, sed prior expositio uidetur magis quadrare. Hæres iustitiæ, id est, obtinuit aut consecutus est iustitiam quæ ex fide est, vel factus est hæres iustitiæ iuxta fidem. Et ita differre facit

Mundus p  
mūdanis.

re facit iustitiam operū & fidei. Supra fide nos iustificari coram Deo docuimus. Ad iustitiam operum, non respicit hoc loco, ut quæ nulla sit apud Deum, sed ad fidem, ea enim sola placetur Deo, ut audiuius. Legimus & .1. Pet. 3. de Noë & diluuiio, qd illius temporibus totā terrā inū dauit. Cum, inquit, semel expectabatur Dei lenitas in diebus Noë & c. Habemus & nos uerbum, iubemur apparare arcam, per quam euadamus diluuium: hanc sunt qui dicunt ecclesiā, à Christo uero Noë animarum consolatore cōstructā, atq; supra firmam petram fundatam. Verum nos arcæ Christo adhæreamus, cuius etiam corpus sum<sup>9</sup> credentes, & indubie aquas tribulationum & interitus secure pertranabimus, salutem & requiem animabus nostris inuenturi.

Per fidem appellatus Abraham, Abraham.  
obediūt, ut exiret in locum quem accepturus erat in hæreditatem: & exiuit nesciens quo esset uenturus.

Aliud exemplum proponit Patriarchæ Abrahamæ, quo non alius in scriptura fide celebrior reperitur, ad eocp pater credentium appellatur, vnde omnes fideles ab illo nomen accipiunt, ut dicantur filij Abrahamæ nempe huius fidei imitati. Multis etiam alijs uirtutib<sup>9</sup> polluit, ut obedientia

dientia

ANNOT. INEPIPTIS. D. PAULI AD

dientia, mansuetudine & hospitalitate, de quib<sup>9</sup> passim in Genesi legis. Commendat hic nobis egressum patriarchæ ex Carris, in terram promissionis, ut Gene. 12. & Actorum. 7. habem<sup>9</sup>. Abraham principio non habitabat in Carran, sed in Hur Chaldeorum, quam ob idololatriam & crudelitatem tamen reliquit, concedens in Carram, civitatem apud historiographos satis claram: postea iterum divino iussu uocatus, emigravit, nesciens quo eundem esset. Nam dominus ei nominatim non ostendit locum, ubi illum pedem figere vellet. Vtuncq; tamen, ille non oblatrauit, sed paruit, diuinæq; inspirationi locum dedit, rationem certe non secutus, cui nimirum absurdum, stultum, nedum periculosum videbat, opes, amicos, patriam, cognatosq; tam subito relinquere, atq; incertis se committere sedibus. In quo ille singularis fidei & reuerentiæ diuinæ specimen dedit. Et ea est natura animi fidelis, ut nihil prius, nihilq; antiquius ducat, quam simplicissime atq; ad primum nutum Dei uerbo parere. Videm<sup>9</sup> itaq; Patriarcham Apostolis haudquaquam inferiorem, quorum alij à retribus, alij à telonio uocati, omnibus ilico relictis, secuti sunt dominum. Discamus quæso nos hinc, ut uocati à Domino nequaquam excusationem paremus, sed alacri animo uocantem nos sequamur, ipsi curam euentus committentes, cum non possit non presentissime tueri, qui illi se ex  
 animo

Vocationi  
 parendum

animo addixerunt. Exeundum nobis autē erit  
 è domo patris, hoc est, à malis & pravis affecti  
 onibus nobis agnatis, ut relinquamus ueterem  
 Adam, & quicquid uel aliquo modo carni iucū  
 dum apparet, modo uelimus terram promissio  
 nis, hoc est, cognitionem Christi, commercium  
 sanctorum, & beatam uitam assequi, quæ qui  
 dem omnia ratione non uidemus, sed fide perci  
 pimus. Quamdiu enim in hac terra sumus, per  
 speculum in ænigmate cernimus, tunc autem fa  
 cie ad faciem, hoc est, plenissime. 1. Cor. 13.

Per fidem cōmigravit in terram  
 promissionis, ueluti peregrinā, cū  
 in tabernaculis habitasset cum Isaac  
 & Iacob, cohæredibus eiusdem pro  
 missionis. Expectauerat enim habē  
 tem fundamenta ciuitatē, cuius opi  
 fex & conditor est Deus.

Eximium uirtutis opus in ipsis diuitijs con  
 temnere diuitias, habere omnia, & nihil posside  
 re, posse abundare, & penuriā pati. Terra Cha  
 naan fuit illi diuinitus promissa, tamen inde  
 ille non efferebatur animo, sed se semper pro  
 peregrino habebat, in cuius indicium non legi  
 mus illum ciuitatem exædificasse, sed in taber  
 S

Abrahæ  
 laus exi  
 mia.

S

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD  
naculis mansisse, unde migrandi animum semper  
habuisse conicitur. Quāuis ei regioni mos sit  
sub tabernaculis degere. Similiter fecerunt Isaac  
& Iacob, qui simili frugalitate uixerunt, & licet  
terram illam promissam sibi scirent, tamen & ipsi  
in tabernaculis degere uoluerunt, nimirum  
expectantes potiorem ciuitatem, cuius fundamenta  
in montibus sanctis, cœlestem Hierusalem,  
Abrabæ, Isaac, Iacob, & omnibus fidelibus  
promissam. Et ita Apostolus his uerbis ad allegoriā  
spectat. Hanc ciuitatē illi expectātes, peregrinos  
se in hac terra dixerunt, sicq; animis suis, nullis  
sæculi huius delictis & uoluptatibus, addicere se  
uoluerunt. Bene autem dixit: habentem fundamenta.  
Nam ædificata est supra firmā petram Christū.  
Videat alludere ad illud Esaiæ. 28.

Deus ab æterno illam ciuitatem prædestinauit,  
cum in dilecto nos elegit. Conditor huius inquit,  
Deus est, idq; per unigenitum suum, dominum  
nostrum Iesum Christum, in eam autē spiritu  
sancto suo congregat, congregatosq; cōseruat.  
Et hoc secundum exemplū est Patriarchæ Abrahæ,  
cœlestia longe præferentis terrenis istis & caducis  
huius mundi rebus.

Sara Per fidē & ipsa Sara uim ad concipiendum,  
ac retinendum semē accepit: ac præter ætatis  
rationem peperit

perit, quod fidelem iudicaret eum,  
 qui promiserat. Quapropter & ex  
 uno pgnati sunt posterii. eoque iam an  
 nis effoeto, tanto numero, quanto sunt  
 stellæ coeli, & uelut arena quæ est  
 iuxta marginem maris innuerabilis.

Postquam excellentiam fidei in Abrahamo  
 nobis comendauit, uoluit etiam Saræ uxoris il  
 lius meminisse, quæ & ipsa fide excelluit, & ita  
 per locum a sexu, ad fidem nos cohortari pergit.  
 Digna sane hæc fuit, ut esset tanti Patriarchæ ux  
 or, quam ipse quoque sororem uocauit apud ho  
 stes: & reuera fuit, quandoquidem eadem cum  
 marito fide prædita, sequi illum in terram igno  
 ram. nihil quicquam dubitauit. Quia autem cre  
 didit, promissionem, adeoque vim ad concipien  
 dum accepit, nihil morantibus effoeto corpore  
 & anili ætate. Risit quidem, ubi primum illi nun  
 ciatum est se futuram matrem. Videbatur enim  
 satis ridiculum, imò incredibile, tam propectæ  
 gratis mulieri annunciare partum, verum coar  
 guta ab Angelo, statim fidem illius uerbis ha  
 buit. Nota Apostolum non frustra dicere, *αὐτὴ*,  
 ipsa Sara, habet enim in se emphasim, ad com  
 mendandam ipsius, puta sexu infirmioris, fidem,  
 quæ nobis non minus in hac comendabilis pro

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

ponitur, quàm in ipso Abrahamo. Sic inuenimus, quod in Christo & Deo non sit neq; vir, neq; foemina, neq; seru<sup>9</sup> neq; liber &c. Vbi uult, ibi per spiritum suum operari potest. Muliebris igitur sexus non cõtemnendus, esto infirmiusculus, tamen & ipse esse organum spiritus sancti potest.

Præter ætatis rationem ¶ Duplex defectus in ea fuit, alter naturæ: nam sterilis erat, neq; per omnem ætatem pepererat: alter ætatis, fuit em nonagenaria & ferè emortua, cum primum audiuit sibi partũ denunciari. Sed Deo nihil in credenti impossibile fuit. Per fidem itaq; ad positionem fundamenti seminis, uirtutem accepit atq; peperit. Si iam tanta & supnaturalia fideles per fidem à Deo acceperunt, quæ hæc incredulitas nostra est, ne uilioribus quidem in rebus illi ex animo credere? Addit: Illa fidelem & certum iudicabat eum, qui promiserat. Quæ erant illa promissa? Quæ marito Deus promiserat. nempe: faciam te in gẽtem magnam. Benedicentur in te omnes tribus terræ. Semini tuo dabo terram hanc: Gen. 12. Et, Suspice in cœlum & numera stellas, si numerare eas poteris, & dixit ei: Sic erit semen tuum Gen: 15. & alijs locis similiter. Cum egressus erat Patriarcha ex Charris, annorum fuit septuaginta quinq; expectauit itaq; promissum semen ferè uiginti quinq; perpetuis annis. Et profecto non dubium est, multas tanto tempore in

pore intercessisse tentationes, sed fide ille immo-  
 ra usq; perstitit. Quare ab uno illo & iā effoeto,  
 tantus numerus Israëlitarum procreatus est, &  
 non numerabilis. Etiam Edomitæ. Nam multi  
 populi ex illo originem duxerunt. Sed pmissio  
 illa debuit incipere in carnalibus, tamen longe  
 potiora istis expectabat.

Quantæ sunt stelle cœli ¶ Profecto nō absq;  
 mysterio videtur esse, quod iubet Deus illum  
 in cœlū suspicere: potuisset em̄ Deus aliquo mo-  
 do illi numerum futuri seminis indicare, (nam  
 semel in deserto, & semel à Dauide numeratus  
 est Israël) sed noluit, nimirum innuens verum se-  
 men Abrahæ, futurum cœleste, & ut stellæ, mū  
 dissimum. Hoc autem per semen benedictum,  
 Christum, factum est. Simpliciter tamen si expo-  
 nas, erit similitudo sumpta à multitudine, idq;  
 non absq; hyperbole, cuius admodum frequēs  
 in scripturis vsus est. Porrò qd dicit: Velut are-  
 na maris. In eo intelligere uoluit multitudinem  
 gentium Abrahæ in semine Christo pmissam,  
 ea autem multo minus est numerabilis, quàm  
 iudæorum.

Iuxta fidē mortui sunt hi omnes,  
 cū nō accepissēt pmissioēs: sed pcul  
 eas uidissent & credidissent, salutas-  
 sentq;, & confessi fuissent, se hospi-



ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD  
tes atq; aduenas esse in terra. Nam  
hæc qui dicunt, declarant se patriam  
inquirere.

**Patriarche  
postiora ter  
renis ex/  
pectarunt.** Dicit, omnes illi iuxta fidem mortui sunt, quã  
uis fidem habuerint: ubi igitur manet remunera  
tio eorum: ubi terra promissa? In cœlis nimirũ,  
quemadmodum paulo post ipse dicit. Omnes  
dicens, intelligit Abraham cum suis cohæredi  
b<sup>9</sup>, Isaac & Iacob. Sunt qui etiã ad Noë, Enoch,  
& superiores referunt, sed cum spiritus de illis  
locutus, videtur illos in hunc ordinem non pos  
uisse. Illa autem quæ Patriarchis data sunt, & se  
mini eorum post eos, longe minora fuere diui  
nis promissionibus, amplius ergo quid eis pro  
missum expectarunt, puta cœlestem patriam.  
Nec enim ciues huius sæculi fuerunt, sed futu  
ri. Hoc quidem fide uiderunt, sed à longe. Quẽ  
admodum hi, qui diu in medio mari nauigan  
tes, portum quendam uident, in quẽ se tuto pos  
sint recipere, cum esto nondum apprehenderũt,  
tamen ipso uiso gaudium percipiunt, salutant,  
perinde atq; eo iam potirentur. Ita etiam fideles  
in pelago mundi iactati, patriam suam, cœlum,  
à longe salutant, & libenter se hospites hic faciũt.  
**Expositio  
loci Pauli/  
in Eph. 2.** Dicas, tamen Apostolus Ephæsiis dicit. Iam  
non estis hospites & adueng, sed conciuies sancto  
rum & domestici. Propter certitudinem spei,  
quam

quam fideles ex spiritu percipiunt, hoc dicere uoluit. Aliquo modo enim eius quod sperant, pñ hic gustum assequuntur. Passim autē in scripturis patet, Patriarchas hic manentem locū non quæsiuisse. Vnde Iacob conquestus fuit de dieb<sup>9</sup> malis huius sæculi. Abraham tantus uir, non habuit locum proprium, in quē Saram demortuam sepeliret. Actorum. 7. legis, quod Deus illi hæreditatem non dedit in terra, ne uestigium quidē pedis. Hanc sententiam confirmat ratio ne, qua dicit, qui talia dicant, declarare se alibi patriam cognatos, amicos, possessionesq; inquirere, & non iam adeptos esse. Huc faciunt etiam quæ Apostolus subiicit, dicens:

Et si illius quidem memores fuissent, unde fuerant profecti habebāt opportunitatē reuertēdi. Nunc autē meliorē expetunt, hoc est coelestē. Quapropter non erubescit ipse Deus uocari Deus illorum, parauerat enim illis ciuitatem.

Si de terrestri patria uult dicere, dixissent, nihil omnino obstitisset, quo minus in eam rediſſe se potuissent, cū unde quaq; opportunitas illos inuitasset, sed meliorem & coelestem expetebāt.

ANNOT. IN EPIT. D. PAULI AD

Quapropter nō erubescit &c. Exodi. 3. Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Vocat se Deum illorū, qui iam mortui erant, & illos suos, nimirum quibus ipse ciuitatem condidit, sicut & supra dictum est. Iam si spem suā in terrenis collocassent, certe Deus meliorū bonorum dator, erubuisset illorum Deus uocari. Hoc autem non est, sequitur, quod cœlestem patriam expetierint. Certe elegit illos, ut essent principes in ecclesia sua, suosq; agnoscit & cœlestes: Non em̄ in carne licet uiuerent, carnales erant sed spirituales. Obserua hic, scripturam non solum & nudam literam uirgere, sicut quidam Iudaizantes dicere ausi sunt, sed & spiritum.

Per fidem obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur, & unigenitum obtulit, in quo promissiones acceperat, ad quem dictum fuerat, In Isaac uocabitur tibi semen, cum illud seculū perpendisset, Deū uel à mortuis excitare posse, unde illum etiam resurrectionis typo reduxit

Immolatio  
Isaaci.

Quia Hebræi nunquam non gloriati sunt patre Abraham, cuius tamen fidem pauci imitari uolebant, libuit Apostolo hoc, tanquam omnium p̄gci

principium exemplum, illis cum primis considerandum proponere, quo Deus fidem illius inexpugnabilem explorare uoluit, non quod de ea dubitauerit, sed ut alijs precellentiam eius innotescere faceret. Excusamus nunc, quid sibi miraculum hoc uoluerit. Libenter autem sic uocari, quandoquidem natura hoc facere non permittit, sed modis omnibus repugnat. Si ulla res est, qua certitudo fidei explorari potest, aduersa sunt. Nam saepe contingit, ut hi, qui plurimum crediderunt, sibi ipsis tamen fuerint ignoti, donec aduersis conflictandum esset, tum demum quam effica in ipsis fides fuerit, apparet.

Cum tentaretur J Deus est qui tentat. Nam Deus tentat, sed diu uerfe, Christus docuit deprecari: Ne inducas nos pater in tentationem. Aliter tamen suos, aliter impios tentat, hos ut tradat in perpetuum imperio Satanae, illos ut uix dum tentationes gustantes eripiat, & a malo nimirum Satana liberet, eorumque fidem inclarescere faciat. Ita Abrahamum, ut diximus, tentauit, quo magnitudo rei melius perpendere tur. Agon enim vehementissimus fuit. Quonia ex una parte erat caro, sensus, ratio: ex altera preceptum, & promissio Dei. Ratio dictauit: Quomodo pater odio habebit ex se progenitum, eumque unicum? Et natura omnes docet parentes, atque a deo ducit, ut liberos suos ament, foueant, educant: cunctosque alios occidere non liceat, multo minus filium, Et ista nimirum augebant tentationem.

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

Adde quod & charior erat filius, quia in extrema senecta, & miraculo datus. An non quæso ista senis concuciebant animū: qui alioqui magis amantes liberorum sunt natura, iam morti uiciniores. Augebat dolorem quod non subito esset necandus filius, sed triduanis operibus defatigatus. Fides autem, quæ tanquam murus ahenus innitebatur omnipotentiae Dei, cogitabat: qui centenario & emortuo corpore filiū dedit, eundem etiam posse mortuū excitare. Et Deus optimus maximus est qui iussit, parendū ergo, non responsandum, non etiam exposulandum de fide promissi, hic nihil iniqui timendū. Summa, vicit rationem verbum seu iussū Dei, robor & constantia fidei.

Hinc discamus & nos tentari, quando duo uerba, siue præcepta Dei, nos urgent, ut nesciamus utrum utri præferamus. In istis angustijs constituti, illi potius adhæreamus, quod nobis magis notum & certum, diuina fecerit voluntas: præcibus autem uere intentos spiritus affatim edocebit, quid potissimum sit amplectendum. Sicut hic. Non occidas, & offer mihi filium. Posterius Abrahæ tam apertum & manifestum fuit, ut non potuerit uel in minimo contradicere. Paruit ergo simpliciter, sed non præter fidem. Cæterum perspicacibus hic oculis opus est, ne non ille, qui sæpissime in Angelum lucis se transfiguratur, incautiorem te specie pietatis decipiat, ut eū putes

putes p̄xime uoluntati diuinæ te accomodasse,  
 ab his infinitis partibus. Quemadmodum ueteri  
 bus olim temporibus Prophetarum contigit,  
 qui exemplum hoc Abrahæ imitaturi, filios su  
 os Moloch idolo immolarunt & combusserunt.  
 Stulta erat hæc imitatio, & plane impia, imò ab  
 ipso Satana inuicta. Habuerunt, & adhuc habent  
 non absimilia his & nostra tempora. Deū itaq̄  
 time, illicq̄ simpliciter seruias in timore & tremo  
 re, & edocebit te indubie, quid te uelit facere, &  
 quid nō. Nā nō mentiet̄ Spirit⁹, qui dixit: Prope  
 est Domin⁹ omnib⁹ qui inuocāt illū in ueritate.

In quo promissiones acceperat [Apostol⁹] rē  
 bene exponit. Nam audiuerat (Genes. 21.) In Isa  
 ac uocabitur tibi semen. Statim autem subsequē  
 ti capite audit: Accipe filium tuū dilectum &c.  
 Iam si non firmissima fuisset fide præditus, quo  
 modo quæso paruisset Deo, & tribus diebus ea  
 firmitate perstitisset: fides ergo ex Spiritu persua  
 sissima est, Deum in omnibus promissis certissi  
 mum. Vnde cum iam iam filium iugulaturus  
 erat, brachium reduxerat, ab Angelo inhibet̄.  
 In q̄ sane mysteriū resurrectionis nobis adūbra  
 tū est. Quēadmodū Isaac ad pœnā postulatus  
 fuit, ita omnes nos postulamus, sumus enim fi  
 lij mortis. Benignitatis tamē diuinæ est, æternā  
 mortem meritos, uoluisse seruare, & alio sacri  
 ficio satisfactionem pro peccatis nostris sumere,  
 nempe Christo, qui designatus fuit per arietē  
 in vepr

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

In vepribus hærentem. Aries autem naturam  
ouis habet, easq; tanq; dux antecedit, sic etiam  
Christus. Tales sanctas & sobrias allegorias,  
nemo reñciat. Nam & Moses de Christo scrip-  
sit, uel Saluatore teste. Multa autem mysteria ex  
eodem loco colligi possunt. Nam in multis Isa-  
ac figura Christi fuit. Isaac obediens fuit Abra-  
hæ, Christus patri usq; ad mortem. Isaac per tri-  
dium morti fuit deputatus, & miraculo patri  
redditus, seruatur. Ita Christus per triduum se-  
pultus, virtute diuina rediuiuus ad patrem ascē-  
dit. Sed pauca hæc delibauisse me satis sit. Per-  
gamus.

Per fidem de futuris benedixit  
Isaac filio Iacob & Esau.

<sup>Isaac</sup> Filius & nepos Abrahæ fidem imitati sunt,  
hæredes non secundum carnem tantum, sed &  
secundum spiritum, multa quidem fideliter gef-  
serunt, quæ tamen Apostolus hic non commē-  
morat. Quanta Isaac passus sit à Palestinis, quæ  
& ipsa haud uulgaris fidei specimina fuerunt,  
apud Mosē legimus: Illam tamen fidem confi-  
siderandam ponit, qua Hebræi magis celebres  
redditi sunt. Legimus Genes: 27. de benedictione  
Isaac, quomodo primum ipsi Esau benedicere  
statuerit, sed mater diuina dispositione Iacob,  
minorem natu, subornauit, uestibusq; hirsutis  
cum pulmēto accedere parentē iussit. Hunc ubi  
Isaac

Isaac pater benedixerat, irruit Esau flens, tamen ille reuocare benedictionem noluit, sed magna fide, nimirum diuinam ordinationē animo presentiens, dixit: Benedixi ei, & erit benedictus. Profecto factum hoc tentatione carere non potuit, nam obstupuit Isaac magno stupore errorem audiens, tamen eam fidei constantia fortiter dispulit. Interea neque Esau benedictione omnino priuauit sed benedixit, & inter cætera dixit Erit postquam prædominaberis, tunc excuties iugum eius à collo tuo, quod certe mysterio non caret, nēpe quod Iudæi gentibus essent seruituri, donec plenitudo gentium introierit, & ita saluus fiat omnis Israël: quem admodum & Roma: II. est.

Per fidem Iacob moriens, singulis filiis Ioseph benedixit, & adorauit fastigium uirgæ eius. Iacob

Iacob moriens, maximam posteritatis curam habuit, quo filios suos magis pios redderet, & Dei studiosos, prædixit autem quidnam sequentibus annis unicuique tribui futurum esset. Ante omnes tamen benedixit filiis Ioseph, ut est Gene. 48. Extendens autem Iacob manum dexteram, imposuit super caput Ephraim, qui iunior erat &c., cui etiam sciens prudens primogenituræ ius dedit, nimirum ex reuelatione hoc edoctus. Filium autem istum Ioseph, Ephraim & Manasse, duas tribus ob



bus obtinuerit, quia Leui nō erat sortē in terra habitur⁹, & ita ex benedictiōe fuit, qđ una trib⁹ Ioseph in duas diuideret. Ista autē carnalis benedictio fuit. Ex Ephraim prim⁹ rex exort⁹ est que trib⁹, inter ceteras decē clarior & opulētior fuit, idq; ex benedictione Ioseph, qui illa in spiritu futura præcognouit.

Adorauit fastigium ¶ Hebræus legit: Adorauit ad lectuli caput. Vtrūq; autē recte nā אֲדָרָה ambiguū est, lectū & uirgā significans. Virga, symbolū regni est. Quod autē legim⁹ adorasse eū fastigiū uirgæ Ioseph, nimirū eo de regno posterorū ei⁹ testat⁹ fuit, atq; in spiritu regnū Christi præuidit, inquē uera adoratio spectabat.

<sup>Ioseph</sup> Per fidē Ioseph moriens, de egressione filiorum Israël meminit, deq; ossibus suis mandauit.

Nisi Ioseph eximiam habuisset fidem, quod populus Israël post. 200. annos reuersurus esset in terram suam, & liberandus, (nam. 400. annis seruituti subiectus fuerat Acto: 7.) nequaquā de ossibus suis tollendis tanto studio præcepisset. Nimirum fecit hoc ad confirmandam spem illorum, de terra promissa inhabitanda. Nam alioqui terram omnem Domini esse sciuit, & sepeliendis piorum corporibus benedictā, & consecratam.

Per

Per fidem cum natus esset Mo-  
ses, occultatus est mensēs tres a parē<sup>Moses</sup>  
tibus suis, propterea quod uiderent  
elegantem puellum, nec ueriti sunt  
edictum regis.

Sciuit Apostolus alios alia exempla mouere  
uoluit ergo, ne cuiq̄ esset excusatio, plurima in  
mediū proferre. Et quia Moses erat legislator,  
in quo non mediocriter gloriabantur Hebræi,  
libuit & huius fidem illis imitandam propone-  
re, premissa tamen parentum illius fide, quæ &  
ipsa non contemnenda fuit. Pharaon regum cru-  
delissimus præceptum dederat, ut quicquid ma-  
sculinum ex Hebræis nasceretur, statim à partu  
in flumē abijceretur, fœmininum autem, reser-  
uaretur. Hoc præceptum parentes Mose, indubie  
maxima fide præditi, trāsgressi sunt, quia etiā  
edictum regis contemnere potuerunt. Tribus  
autem mensibus occultarunt puerum, diutius  
nisi cum totius domus summo discrimine, non  
occultaturi. Ex fide igitur noluit in flumen præ-  
cipitare, sed incolumem conseruaturus, in fisco-  
lam conclusit, atq̄ ita aquæ cōmisit. Historiam  
legis Exod. 1. & 2. Magnificat igitur Apostolus  
hoc, quod contra iussum regis tribus mensibus  
puerum parentes illius occultarunt. Verū ne par-  
uum sit

uum sit

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

uum fidei opus putes, celebrat idem & Stephanus Acto:7. dicens: Eodem tempore natus est Moses, & fuit gratus Deo &c.

A progenitoribus suis ¶ Quasi adhuc auus eius uixerit, *πατρῶν* posuit, Stephanus dicit, *ἐν τῇ οἰκῳ τοῦ πατρὸς*. in domo patris. Si simpliciter accipias, *ἐτεροσίου* numeri esse dicas. Parentes autem Mose fuerunt, Amram, iuxta Iosephū Ammiramis & Iochobel. Genealogiam. 1. Paral. 6. filij Leui, Gerson, Caath, Merari, filij Caath, Amram, Isaar, Hebron, & Oziel. Filij Amram, Aaron, Moses & Mariam. Fuit igitur Moses septimus ab Abraham. Ordo, Abraham, Isaac, Iacob, Leui, Caath, Amram, Mose. Abraham, decimus quartus ab Enoch, Enoch. septimus ab Adam. Ita septenis sæculis Deus mirabilia ferè renouauit, si quis diligentius attendat.

Elegantem puellum ¶ Rabi Mose dicit, nato Mose totam domum splendore impletam: & Iosephus Antiq. lib. 2. cap. 9. tam pulchrū facie fuisse puellum, inquit, ut nemo tam seuerus fuerit, quin pulchritudine eius caperetur, multisq; contigisse, dum per plateas hunc ferri cernerēt, ut studio suo statim relicto, oculis illum usq; secuti sint. Adeo delectabantur puelli conspectu. Erat enim in eo infantilis multa gratia, quæ inspicientes retinebat. Hinc factū etiam, ut Thermut filia Pharaonis sibi hunc in filium adoptauit. Recte igitur Apostolus uocat illum *ἀσίου*

*ὁ πατρίου*

ὁ παιδιου, scitum & elegantem puellum.

Nec ueriti sunt edictum. | Iosephus loco iam dicto refert, edictum hoc ideo datum, quia rex intellexerat à Propheta quopiam, illo tempore oriturum, per quem Israëlita exaltandi, Aegyptij vero affligendi essent, & inde sumpsisse originem tyrannicum illius furorem, quem Christi temporib⁹ crudeliter Herodes rex imitatus est, quemadmodum in Matthæo est cap. 2. Refert etiam, quomodo Amram orans pro populo, consolationem à Deo, qui illi per somnium astitit, acceperit, filiūq; illi se daturū promiserit, cui⁹ memoria futura esset summa. Adhęc dicit vxorē illius non vehementibus doloribus peperisse, ut fallerentur illius custodes. Plura si uelis, istic legas.

Per fidem Moses iam grādis, renuit uocari filius filiaē Pharaonis, potius eligens simul malis affici cū populo Dei, quàm temporarijs peccati cōmodis frui, maiores arbitratus diuitias probrum Christi, quàm Aegyptiorum thesauros. Respectum enim habebat remunerationis.

De parentib⁹ Mose locutus, nūc de ipso Mo  
T

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

se, qui magno aliquo Aegyptiorū regno potiri potuisset, si studium & memoriam populi sui abiecisset. Compertum est, quanta regio, quot urbibus, quaq; fertilitate fuerit, nihilominus tamen Mosis fidem ista eneruare non potuerunt. Exodi. 2. ita legimus: Quē illa (filia Pharaonis) adoptauit in filium, vocauitq; nomen eius Mo se, dicens: Quia de aqua tuli eum: Vnde & impositione nominis testata est, hunc sibi esse proprium. Verum ille grandior factus, filius filiae regis uocari renuit. Causam Apostolus ipse subiecit: Potius eligens &c. Iosephus lib. antiq. cap. 9. indicat quomodo Moses etiam puer, diadema patris regis in terram proiecerit, pedibusq; conculcarit, id quod regi ferre uidebatur auguriū, humiliationem uidelicet regni Aegyptiaci. Vnde & uates regis illum e medio tollere conatus fuit, nisi filia regis, puerum illi praeicipiens, periculo exemisset.

Mosen nō  
puduit suae  
gentis.

Potius eligens simul ¶ Scriptura habet eum egressum fuisse, ut uideret populi sui erumnas. In quo satis significatum fuit, quod se Hebræum ingenue fateretur, & quamuis in aula regis & medijs delicijs ageret, tamen fratres sui generis non potuit dedignari. Et profecto, peccato non potest carere, nolle simul adfligi cum fratribus, & malis illorum compati, ut Amos. 6. Super cōtritione Ioseph non mouebātur, & Ezech. 9. signantur frontes uirorum, gementium & dolentium su

um super cunctis abominationibus . Roma: 12.  
 Gaudete cum gaudentibus , & flete cum flentibus . Moses ergo fide intellexit simul malis affici cum populo Dei, eoque contemptissimo in omnium oculis, multo satius esse, quam cum ignorantibus Deum prospere secundum carnem habere, luxu delictisque affluere . Peccatum , hic uocat uitam aulicam , & mundanis uoluptatibus deditam . Talem autem uitam degunt, qui non affliguntur cum cæteris, & iuxta Psaltem . In labore hominum non sunt, neque cum hominibus flagellantur . Iam si peccatum est luxui deditum esse, quanto magis præter hoc & bonos affligere ?

Porro temporarius dicens, irridet stultitiam mundi, qui turpia honestis, & temporaria æternis præferre solet.

Probrum Christi, quàm Aegyp. 7 Probrum Christi uocat, quicquid populo Dei mali & op  
 probrii irrogatur, secundum quod dicitur: Qui uos spernit, me spernit. Quæ enim membra patiuntur, etiam caput experitur. Alibi Paulus ad afflictiones Christi uocat, quas in suo corpore proferebat, puta seruus & membrum illius. Quod enim sanctis fratribus suis, uel beneficit, id omne Christus sibi factum esse reputat. Vnde dicit in nouissimo die. Esuriui, & dedistis mihi edere, & contra. Mat. 25. Et, Saule, quid me persequeris? Act. 9. Diuitias autem recte uocat probrum Christi, Saluator enim inquit: Beati estis, cum probra

Probrum  
 Christi  
 quid.

T 3

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

lecerit in uos, & insectari fuerint, & dixerint omne malum uerbum aduersus uos, mentientes propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces uestra multa est in coelis. Iste thesaurus qui in Christo possidetur, perpetuus est, & nullius in fidijs obnoxius, Aegyptiacus uero, furibus & tineis. Obserua, quod indifferenter nunc Deum, nunc Christum, qui tamen tunc nondum erat incarnatus, appellat, ut ostendat eandem & nostram, & patrum fuisse fidem. Popul<sup>9</sup> Dei fuit, fuit & Christi, quemadmodum & nos, si crediderimus, sumus. Perpende igitur quam prudenter quamq; certa fide egerit hic Moses, ut eum possis imitari. Certe si Christo seruire uoles, ferenda erit crux, opprobria, conuitia, & quicquid carnem male habet, sed forti animo sis, multo melius est ista ferre hic, & sequi Christum, ut cum eo alibi conregnes, quam ut crucem detrectes, & in aeternum exitium abeas. Via enim ad salutem stricta & angusta est, neq; cuiquam, nisi praeter Christo omnia relinquenti, patere potest.

Respectum enim habebat. Vult dicere, non quesiuit in perduto hoc mundo delicias suas, sed in futuro saeculo mercedem, quam indubie multam accepit. Oculos enim fidei in remuneratorem Deum infixit, eum nimirum, qui uoluntatem mentium se facit, & unicuique secundum opera sua retribuit. Et haec causa est, quod tanta mala infracto animo perferre potuerit. Alioqui si p[er]sentia

sentia intuitus fuisset, coelestium oblitus, in eādē cum mundo luxus refusionem omnino accurrisset. Obseruabis hic p̄sentia nihili facienda ei, qui coelestia ex animō inquirere studet.

Per fidē reliquit Ægyptū, haud ueritus ferociam regis. Perinde em̄ quasi uidisset eum qui est inuisibilis, ita obdurauit.

Mireris hic, quod Apostolus dicat, Mosē reliquisse Ægyptum nihil timens ferociam regis, cum tamen Exo :2. scriptum sit, & Actorū .7. repetatur, fuisse, eo quod palam factum fuisset occisum à se Ægyptiū. Hoc quidē nō negat Apostolus, sed simul uerum esse innuit, altiore quadam uī ab Ægypto abstractum, quā p̄cæ næ metu. Ista uis puta urgētior, facile fecit, ut ferociam regis contemneret, alioqui uix uel post multos annos reuerti potuisset. Ad hanc sententiam adserendam, uidentur facere quæ subiecit: Perinde enim quasi uidisset &c. Regressus ergo illius, fuit non metus simpliciter, sed quasi reuelationis & prudentiæ, ut posset suo tēpore ærū nosis Hebræis & fratribus beneficium tum ignorantibus meli⁹ prodesse. Fuga per se, malum non est, fugit enim & Christus, Dauid, atq; Paulus, modo suo loco, & tempore ea suscipiat, hoc est, in gloriam nominis Christi & proximo



ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD  
rum utilitatem. Si non aufugisset, potuisset hoc  
confratribus facile esse periculo. Bene ergo, fidu-  
ciam in inuisibilem collocans, Aegyptum reli-  
quit, occultioriq; vocationi & vi spiritus sese ac-  
commodauit.

Per fidem fecit pascha, & effusio-  
nem sanguinis: ne is qui perimebat  
primogenita, tangeret ipsos.

Quis crederet sanguinem agni illitum postu-  
bus, potuisset liberare primogenita, ne concide-  
rent? Quis etiam crederet, ubi agnus paschalis  
comederetur, ibi Angelum uastatorem non po-  
tuisse praeualere? Certe nemo, nisi à Deo persua-  
sus. Fide igitur quia Mose præditus fuit, popu-  
lo hoc absq; ulla trepidatione ausus fuit prædica-  
re. Historiam habes Exodi, 12. Obseruandum  
autem quàm iusto iudicio Deus Aegyptiis hanc  
calamitatem immisit. Voluit enim illis repende-  
re crudelitatem, qua masculina Hebræorū per-  
di præceperant. Eadem autem fide etiam aliquo  
modo nostra mysteria Moses cognouit, nempe  
quod Saran primogenita perimens, nihil in nos  
iuris habeat, modo illiti simus & aspersi menti-  
bus sanguine agni imaculati, Christi. Ipse enim  
tollit peccata nostra, & liberat à malo, ut præua-  
lere nobis nequaquam amplius possit.

Per fi

Per fidem transierunt rubrū ma-  
re, ueluti per siccam terrā: quod cū  
tentassent Ægyptij, absorpti sunt.

Historiam habes Exodi. 14. Profecto res mi-  
ra & plane diuina fuit, quicquid cum populo  
tum actum est. Quis enim unquam putasset,  
quod mare transitum seu uiam tanto populo  
prebuisset. Indubie nemo, nisi eximia fide prædi-  
tus. Voluit Deus ergo hic potentiam suam sal-  
uificam populo ostendere, idq; in istis angustijs  
constituto, ut iam nihil præter præsentissimam  
mortem cernerent. A facie erat ingens uis aqua-  
rum, à tergo hostis instructissimus, tamen fide  
incolumes mare transierunt, hostibus submer-  
sis. Nos fide in sanguinem Christi freti, spirituq;  
illius baptizati, incolumes mare huius mundi,  
in terram promissam, pertransimus, pereuntib;  
omnibus infidelibus.

Per fidem moenia Hiericho con-  
ciderunt: circumdata ad dies septē.

Redit nunc ad eos, qui pari fide, terra promif-  
sionis iam accepta, claruerunt. Historiam hanc  
require Iosue. 6. Clarissima omnium ciuitatum  
eo tempore Hiericho erat. amplissimisq; muris  
& turribus ornata: unde non minimum anxij  
suerit Iudæi, quomodo hanc caperent, uidebat

enim inexpugnabilis. Hinc duos exploratores miserunt eò, ut de opportunitate potiendi eius circumspicerent: viderunt autem isti pavidos & perterritos ciues. Et Iosue respòsum à Deo accepit, ut sacerdotes cum arca turbam præcederent populus autem iubilaret, & ita per septem dies circumiretur ciuitas, & caperetur. Ita absq̃ armis & machinis, muri ad sonitum tubarum corruerunt, id quod impio fuisset impossibile creditur, præter enim rationem est: Verum sacerdotes & populus Deo credidit, unde & uirtutem diuinã conspexit. Τείχῃ non simpliciter dixit, capiebãt enim mœnia integras domos, id quod pater ex domo Rahab.

Ad dies septem ] Non sine causa hoc posuit Apostolus. Nam validum argumentum est contra Iudæos, qui tam anxie suum sabbatum obseruant, & defendunt, quasi nihil prorsus in eo operari liceat. Habes omnes simul fuisse in opere perpendæ ciuitatis, iam necesse est sabbatum intercessisse, in quo otiosi non fuerint. Ita conuincit, quod lex non ita anxie ad externã sanctificationem coegit, ut non posset ea solui, si utilitas proximi suadeat. Confirmemus nos hinc fidem nostram.

Mundus iste recte per Hierichonta designat, (unde & Christus in parabola incidentis in latrones, ad illam allegoriam alludit) expugnandus autem est per Apostolos & sacerdotes, sed nequaquam  
vi potẽ

vi potentiae humanae, uel industria hominum sed buccinis & tubis, hoc est, ualida & efficaci praedicatione uerbi Dei: ista enim excelsa mundi deiciuntur. Talistuba erat Paulus, & adhuc hodie est, atque adeo omnes Apostoli, & quorquor illorum uestigijs recte insistant. Hoc modo circumdandus est & euertendus mundus, ut cumque interim Daemon ringatur.

Per fidem Rhaab meretrix non perit una cum his qui non obedierant, cum excepisset hospitio exploratores pacifice. Rhaab

Eodem libro cap. 2. Cum exploratores in ciuitatem uenerant, idque regi significatum fuerat, qui illos comprehendere uoluit, Rhaab uitam illis tutatura, occultauit & abesse finxit, acceptoque iuramento ab illis ne se proderent, per murum dimisit. Isti autem signum, quod domui suae praefigeret, dederunt funiculum fili coccinei quo Israelitae hospitalitatem mulieris agnoscentes, gratos se illi uicissim exhiberent. Quod praefecto Rhaab nunquam fecisset, nisi ex fide intellexisset eam terram Iudaeis diuinitus dandam fuisse, atque adeo possidendam. Vnde caeteris pereuntibus ipsa se, parentem, liberos, familiam & amicos incolumes conseruauit. Obseruanda & hic fidei uis, quae ut nunquam non conseruat ad uitam aeter-

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

nam, ita pro gloria nobis Dei etiam ad præsentem uitam prodest. Pacificè autem dicit, quia illos non uoluit ad inquisitionem factam procedere, clausis iam portis, ne euaderent. Queritur hic num Rhaab fuerit scortum? Respondent quidam Hebræorum non scortum, sed hospitam fuisse, & ita honestam matronam. Nam רַחַב uocabulū, quod est à רָחַב cibauit deductum, hospitam, non meretricem significare. Quidam uero simpliciter accipiunt pro meretrice: Vtūq; ad opus domini non fuit incōmoda, qui ferè p̄ infirma & abiecta huius mundi, suam uirtutē perficit. Ista quamuis non fuerit ex Israël, & in honestæ uitæ, tamen non dubitauit Deo fidem habere, & ex miraculis quę præcesserant cum filijs Israël, colligere Deum cum illis esse, quod & ipsi multum profuit.

Certe in eo Apostol⁹ Iudæos confundit maxime, quasi diceret. Si Abrahæ, Moses & Patriarcharum exempla uos ad fidei firmitatem nō cōmouent, moueat uos saltem fides ignominiosę mulierculæ, qua totam domum suam saluauit. Pudeat uos uinci à muliercula meretrice, & qđ talis uos debeat præire in regno cœlorum. Fides autem mulieris cōmendatur, non ut scorti, sed ut pœnitentis iam, & Deū Israël agnoscentis, ut discas & tu quantūlibet peccator maxim⁹ uere resipiscēti apud Deum relictam esse ueniā: id quod & Saluator, sua familiaritate cum peccatoribus

catoribus nobis manifestatum uoluit, & ita in mundum uenit ut peccatores saluos faciat.

Hanc historiã nobis utilẽ faciemus eo, quod scimus totum mundum, qui per Hiericho designatur, esse perdendum & immutandum, ex cuius perditione hi soli saluãtur, qui exemplo Rhaab fide uera præditi fuerint, & ita peccatum non nocebit iam resipiscentibus, nouamq; uitã meditantibus: reliqui ad unum omnes pereunt. Sine fide enim nihil salutis uspiam inuenire est. Potuisset Apostolus adhuc multa exempla in mediũ proferre, ut de Iordane fide transmissio, de regib<sup>9</sup> tam fortiter pemptis, & alijs similib<sup>9</sup> fide gestis, sed consulto præteriens uix uerbulo refricare uoluit, dicit ergo:

Et quid præterea loquor? Defici et enim me tempus cõmemorantem de Gedeone, de Barac, & Samsone, & Hiephthae, nec nõ Dauide Samuele, ac Prophetis.

Q. d. innumera sunt quæ possem producere exempla, sed tempus me citius deficiet, quã ut tantũ fontem exhaurire ualeam. Omnes em̃ fide claruerunt, quotquot Deo grati unq; fuerunt. De Gedeone, qui Madianitas fide potius, q̃ armis uicit, consule lib. Iudicum cap. 6 & 7. Ius  
Ius fuit

Gedeoni

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

sus fuit à domino, ut formidulosis & timentib<sup>9</sup> ex populo, liberum faceret reuerti ad suos, manserunt ergo ex. 32000. nō plus. 10000. Ad huc autem nimius erat populus, itaq; probati sunt ad aquas, & qui manu & lingua instar canis labuerunt aquas, & ipsi sunt iussi reuerti. Manserunt ergo ex. 10000. tantū viri. 300. quos armauit Gedeon, non armis bellicis, sed tubis, hydris, & facibus, & ita istis impetum in Madianitarum castra fecit. Hostes autem audientes sonitum tubarum cōplosum hydriarum, deinde uidentes faces, mutuis vulneribus seipso confecerunt.

Eximiam ergo oportuit esse Gedeonis fidē, qui Deo credidit, & tam paucis viris, ingentem uim hostium aggredi non dubitauit: Admonemur autem historia hac, quomodo potissimū aduersarij fidei sint vincendi, certe non multitudine & virtute humana, sed tubis seu buccinis, hoc est, Euangelij sincera prædicatione. Adhæc non paruum uictoriæ momentum addet, si conspicua, tēperata, & probe moderata fuerit uita nostra. Certe qui à quauis re metuunt, & animū despondent, muneris prædicationis uix unquā idonei erunt. Similiter & qui genua sua flectunt ad terram, hoc est, terrena tantum sapiunt & curant, reijciendi sunt, post habitis interim cœlestibus, ad quorum fruitionem præcipue sumus nati. Paruus autem numerus eorum est, qui forsunt animo, & tantum quæ Christi sunt quærunt,

runt, isti nihil periculi pro Christo suscipere detrectant, & ita uictoriam ex hostibus referunt amplissimam.

De Barac filio Abinoe, & socia belli, Delbo Barac  
 ra, quæ erat prophetissa, legimus quoque Iudic.  
 4. & 5. Paucis autem assumptis contra hostium  
 ingentem multitudinem, ad modum feliciter pug  
 nauit. Nam ad conspectum Barac, Sysara dux  
 cum toto exercitu suo ita perterriti sunt, ut fugien  
 tes ad unum omnes sint occisi. Sysara uero, à la  
 bin uxore Abel cinei clauo per tempora adacto,  
 peremptus est. Iure igitur uult Apostolus Hebræ  
 os suos taliu gestoru esse memores, ut quæ sine  
 fide fieri impossibilia omnino videantur.

Samsonis historia patet ex Iud. 14. quàm for Samson  
 tis autem ille fuerit, puto satis unicuique patere,  
 Si non fuisset fidelis, quomodo obsecro tanta  
 fortitudinis specimina ædidisset? quomodo etiã  
 robur ipsius sibi tantu profuisset? quomodo  
 spiritus domini eum absque fide ita arripuisset?

De Hiephthæ Iudic. 11. Votum illius, puta te Hiephthæ  
 merarium, probare non ausi sumus, ueruntã  
 men nisi fide insignis fuisset, non tam anceps bel  
 lum in hostes Ammonitas suscepisset. Porro de David  
 Dauide & Samuele uiris Dei clarissimis, satius Samuel  
 est nihil dicere, quàm pauca, partim quod mira  
 & uaria sunt illorum gesta, paucis minime com  
 plectenda, partim quod cuius fideli notissima es  
 se debent. Similiter etiam de cæteris prophetis di  
 cendũ



ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

tendum, quorum libri omnes fide pleni sunt, si-  
cut & hanc cum primis sacrae literae celebrant.  
Nunc maxima congerie, tacitis tamen nomini-  
bus, exempla accumulata, ut passim in sacris lite-  
ris plena fidei encomia inesse uideamus. Premit  
autem ideo nomina, ut illorum animos turba  
hac exemplorum adobruens, plus feriat, & con-  
fundat, eo quod subsequi illorum fidem non ala-  
criter Hebraei pergant.

Per fidē expugnauerunt regna,  
operati sunt iustitiam, assecuti sunt  
promissiones:

Patres scilicet: possunt enim ista rectissime re-  
ferri ad superiora, tamē si ita uideatur nihil peri-  
culi est, etiā ad posteriores patres: qui insignibus  
fidei gestis claruerunt, referre, siue de istis in li-  
bris Iudicum, siue Samuelis, siue Regum hoc fi-  
at. Expugnauerunt autem regna, potissimum.  
Iosue & Dauid, hic quidem Syrorū, Moabita-  
rum, & Ammonitarū, uide. 2. Reg. 8. & 1. Para.  
20. ille uero aliorum populorum, de quo librū  
Iosue uidere est, precipue uero cap. 12.

Operari iu-  
stitiam.

Operati iustitiam ] Operari iustitiam in scrip-  
turis, interdum capitur pro vindicare ab aduer-  
sarijs, id quod regum iudicum & potentum cū  
primis est: interdum pro iuste & pie uiuere.  
Vtrūq; autē nemo recte poterit, nisi spiritu Dei  
& fide

& fide imbutus, atq̄a bonitate Dei tot⁹ p̄dens.

Adepti promissi. ¶ Alijs aliæ promissiones factæ sunt, quas quia fide expectarunt, Deus p̄terire non potuit. Præcipue autem omnium cœlestes promissiones ut præcipuas acceperunt, quibus obtentis, bene illis fuit, ut de posteritate, de regno Christi: Vidit enim Abraham diem Christi &c. Tamen etiam temporalibus promissionibus hoc factum est, si non in patribus, tamen in illorū posteritate. Salomon accepit singularem sapientiam & fœlicitatem à Deo, & alijs alia. Sequitur.

Occluserunt ora leonum, extinxerunt uim ignis, effugerūt acies gladij, ualidi facti sunt ex imbecillitate, effecti sunt robusti in bello, incursions auerterunt exterorum. Mulieres acceperūt ex resurrectione mortuos suos.

Exempla ista promiscua, in duo genera diuidere possumus. Quidam ex martyribus in hac uita remunerati sunt, redemptionem accipiētes non sine miraculo, de his primo loquitur. Quidam uero defuncti in tormētis uel ærumnis, postea acceperunt, de quibus postea

Occluserunt ora leonum ¶ nimirum eadem fide,

ANNOT. INEPIPTIS .D. PAVLI AD

fide, qua Moses sua miracula fecit, qua populus & sacerdotes uicerunt Hiericho, quaeque David Goliad Philistæum. Hoc de Daniele dicit. Dan. 6. Deus quidem hoc fecit, at nisi is fide præditus fuisset, in id periculi nunquam peruenisset, sed una cum ceteris statuam adorasset. Atqui fidem Deus saluare & magnificare uoluit. Nam ille illæsus è lacu leonum euasit, qui postea aduersarios illius cum impetu adorsi, deuorarunt. Nota tropum sermonis (de quo paulò supra etiam) quod de uno legitur, pluribus tribuitur. Sic Matth. 27. latrones dicuntur Christo conuicti atque fuisse, cum tamē unus tantum illi conuictus sit, quemadmodum in Luca legimus. De solo autem Daniele hoc habemus. Tametsi post Christum passum, martyres quosdam similiter obiectos leonibus, & incolumes relictos conseruauit. Verum Apostolus uoluit potissimum illis exempla ueteris testamenti producere. Sunt qui intelligant etiam hoc de Dauide & Samsone, eo quod in plurali loquatur, sed prior sententia uideatur simplicior, & uerbis accommodatior, ut taceam interim quam subiuncta eam uerisimile faciant.

Extinxerunt vim ignis ¶ De tribus pueris, Anania, Azaria, & Misael hoc dixit, de quibus Danielis. 3. Et isti sola fide obtinuerunt, ut ab ignis uehementia non læderentur. Non autem corporibus tantum, sed & uerbis & cesarie illæsi ex  
flammis

flammis egressi sunt, fusius ista tractata sunt in  
Comment: nostris in Daniele.

Effugierunt acies gladij ] *σούματα* id est, ora  
gladij græcus habet. Est autē tropus, de q̄ etiā  
supra cap. 4. Sic Helias Propheta & David, qui  
imperitus hasta à Saule, ictum declinauit, & per  
fidē à Deo custoditus est. De Macchabæis etiā  
hoc legitur. Et sanct⁹ popul⁹ propter ueritatē &  
iusticiā pugnans cōtra gētes idololatrias, intact⁹  
plerumq̄ permansit, hostibus se mutuis uulneri  
bus cōficiētib⁹. Vides autem singula com  
mata suas habere historias.

Conualuerunt de infirmitate ] Sic Ezechias  
rex admodum uicinus morti fuit, tamen ob in  
signem fidem ad Deum reualuit, adeoq̄ spaciū  
uitæ prolongatum accipit. Idem Dauidi euenisse  
creditur. Porro si placeat hic, *ἀπὸ ἀδυσίας*,  
de recepto robore, post summam uirium attenu  
ationem, accipere, exemplum in Macchabeis ad  
modum illustre inuenis.

Robusti facti sunt ] Vt Sampson, David. Sed  
uidentur hæc mihi referenda esse ad Macchabæ  
os, quos Hebræi uocant Asmanai, qui primū  
quidem, uidētes suos miserrime trucidari, retro  
cesserant, sed sumpto animo à Deo nimirum,  
cœlesti quadam uictoria potiti sunt.

Incursores auerterunt ] Hoc fecit Iosaphat,  
Asa, & alij, de quibus in historijs biblicis uide  
re est.

V

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

Mulieres acceperunt ¶ Mulieres quædam bonæ & piæ, quæ prophetas hospitio exceperant, mortuos suos rediuuos acceperunt. Dicere autem uult de Sareptana uidua, & Sunamitide, quarum altera Heliam, altera helizeum hospitata fuit. Sunt qui de alijs intelligunt mulieribus, equi de simpliciter intellexero. Ex resurrectione, hoc est, resurgentes filios acceperunt. Vide. 3. & 4. lib. Regum. Sunt qui hic ineptierunt, non intelligentes quid Apostolus istis sibi uellet. Isti omnes fidem habuerunt, interim tamen multa passi sunt: ne ergo alienum ducamus multis malis hic diuexari, certo Deus suis opportuno tempore nunquam non adfuit. Nunc de his loquet, qui in hac uita à malis tormentis & periculis non sunt liberati.

Alij uero distenti sunt, aspernati redemptionem, ut potiozem sortiretur resurrectionem. Alij rursus ludibrijs & flagris explorati sunt, insuper & uinculis & carcere, lapidati sunt, dissecti sunt, tentati sunt, occisione gladij occubuerunt:

*ἐτυμπαίνιθσαν*, id est, pulsati sunt sicut tympanum. Significat tamen etiam extendere & excoriare. Quidam exponunt pulsati uel conculsi sunt

tusi sunt fustibus. Ponitur hic, ἐπεὶ ἀδυνασάν, sed uidetur mihi esse adiectitium. Hæc quæ hic Apostolus cōmemorat, uidentur magis sonare de martyribus post Christum passum, quàm de pñs, qui illum præcesserunt: sed historias diligentius reuoluentes, uidebimus ante Christum quedam sub Antiocho tempore Macchabeorū implera. Sic etiam Ammon, Manasse, Achab, & quidam alij impij reges, in scripturis, ob suam tyrannidem in bonos & pios admissam male audiunt. Sed melius illis fuit sic pro iustitia affligi, & potioribus statim perfrui, quàm hic redemptos diutius cœlestia bona expectare. Neq; mihi quicquam dubij est, Danielem cum alijs huic uitæ redditis, maluisse dissolui & esse cum Christo, quàm supersites relinqui. Omnes quidem resurgemus, sed sancti Dei martyres potius orem resurrectionem habebunt, resurgent enim ad gloriam, eamq; excellentissimam. Vna quidem merces & denarius omnes saluandos expectat, alia tamen est claritas solis, alia lunæ, alia stellarum, quemadmodum & Apostolus .i. Cor. 15. fatetur. Omnino autem quod hic habet in Macchabæis apparet, quorum etiam Iosephus mentionem facit. Fide ergo præditi resurrectionem crediderunt.

Alij ludibrijs & flagris | Nullus sanctorum unquam in hac uita tam foeliciter uixit, quin sæpissime ab impijs & nescientibus Deum derisus

fit. Sic Iob afflictissimus ab uxore & amicis suis, David similiter ab iis, qui uidebantur amicissimi, ut taceam de Mose dicere. Certe prophetae ad unum omnes passim conqueruntur, quomodo ludibrio habiti, & ab omnibus irrisi fuerint. Sed mirum hoc nemini uideatur, cum idem innocentissimo filio Dei contigit. Discipulus non erit supra preceptorem, sicut nec seruus supra dominum. De Hieremia sunt qui dicant flagellatum, id quod non raro Macchabeis, si bene memini, contigisse legitur.

Vinculis & carcere ¶ Hæc fuit omnium communissima poena, qua uiri Dei & sancti sunt affecti. Habes inter alios Hieremiam, Heliam, & Michæam, crudelibus uinculis & carceribus fuisse diuexatos.

Lapidati sunt ¶ Hoc refertur de sanctissimo Propheta Hieremia, qui tandem in Aegypto a suis lapidatus fuit. Lapidati autem & alij sunt, Zacharias filius Ioiade, & Naboth summa innocentia uir. Ad hæc statim post passum Christum, Stephanus, de quo Acto. 7.

Serrati siue dissecti ¶ De Iesaja istud intelligunt, quem Manasses ferra lignea perdidisse dicitur, eo quod dixerat, se Dominum exercituum uidisse. Profecto istæ historiæ, quas Apostolus hic degustat, suis temporibus fuere notissimæ. Etiam Christus Iudæis summam crudelitatem obijcit, cum dicit, Hierusalem Hierusalem, que occidis

occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt &c. Mat. 23.

Occisione gladij. Habes in historijs biblicis, quod Saul & Iezabel multos prophetas & sacerdotes occiderunt. Herodes rex Iacobum fratrem Ioannis gladio peremit, quemadmodum Acto. 12. legis. Isti omnes in hac uita suam remunerationem non acceperunt, sed in resurrectione & uita semper consistente, sunt sortiti.

Oberrarunt in ouillis & caprinis pellibus, destituti, præssi, adflicti, quibus indignus erat mūdus: in desertis errantes, & montibus ac speluncis, & cauernis terræ.

Paucis omne genus humanorum incommodorum ferè recenset, quemadmodū &c. 1. Cori. 4. Ad hoc usq; tempus & esurimus, & sitimus, & nudi sumus. & colaphis cedimur, & incertis uagamur sedibus, & laboramus operātes proprijs manibus &c. Rudibus pellibus ouium & caprarum, usq; male consutis, usi sunt loco uestimenti. Videtur autem alludere ad Heliam, pilosum, zonaq; pellicea accinctum renibus, deinde etiam ad Ioannem, qui simplicissimis & vilibus uestibus usus est, & sicut istis, ita & cibo potuq; summam pauperiem indicauit. Interim tamen



ANNOT. IN EPITIS. D. PAULI AD

non dubitamus & alios pios miseris uitæ huius  
 passos fuisse. Recte igitur posuit *ὄστρομευοι*. Nam  
 postremi omnium habiti sunt, destituti rebus  
 necessariis, nihil curæ in illos impendebatur.  
 Præmebantur autem tyrannide aduersariorum,  
 affligebanturque curis, perturbationibus animo-  
 rum & terroribus. Quia uero ex hoc mundo  
 non erant, mundus illos amare non potuit, sed  
 odio & malis omnibus prosequabantur. Digni  
 erant isti cælo, non mundo, postquam & cæle-  
 stem uitam meditabantur & in hoc tenebricosis-  
 simo mundo ueluti luminaria fuerunt. Virtus  
 neque auro neque gemmis, neque aliqua mundi re com-  
 pensari potest, maxime si secundum pietatem  
 sit, unde cælestem remunerationem meretur.

In desertis & montibus ] Partim propter ty-  
 rannidem impiorum, partim propter summam  
 immisericordiam. Pudor autem est, plus clemē-  
 tiæ inesse feris, quam hominibus. Scitis tempo-  
 re Achab centum prophetas in speluncis latuisse,  
 quos Abdias pane & aqua pascebat. Loquitur  
 autem iuxta morem regionis, est enim Palestina  
 plena montibus & cauernis. Fieri tamen potest,  
 quod etiam de Iudæis, qui plurimi cum Mara-  
 thia in deserta fugerunt, eò quod legem Dei pre-  
 uaricari nolissent, hi agebant in speluncis terræ  
 & cauernis petrarum, ex quibus circiter mille fu-  
 mo præfocati sunt, eò quod die sabbati pug-  
 nam detrectassent.

Discamus

Discamus hic, ne admodum contristemur, si uarijs malis hic iactemur, cum etiam sanctissimi patres paria hic perpessi sint, imò maiora quam quisquam credat.

Atque omnes hi testimoniū promeriti per fidem, non acceperāt promissionem, quod Deus de nobis melius quiddam prouiderat, ne sine nobis consumarentur.

Paucis hoc dicit. Audiuius insignem illorū fidem, sed nullam dum absolutam & dignam recepisse remunerationem, sequitur, quod alibi in resurrectione iustorum expectent. Promissionem hic, non simpliciter quietem, sed omnimodam & perfectam foelicitatem tam corporis, quàm animæ intelligo. Hanc isti nondum sunt consecuti, quantumuis secundum potiorē partem, animā, felicissime habeāt, & cū Christo delicientur. Placuit enim Deo illos nō sine nobis consumare.

Vespere autem diei adueniēte, Dominus denariū salutis omnibus laborantibus in uinea sua dabit.

Interea sanctorū corpora ad resurrectionis tēpore in terra qui escūt, tū demū quicquid Deus

promisit plene consequēt.

Tātū de hoc capi.

Proinde nos quoque cum tanta septi-  
simus nube testium, deposito one-  
re omni, & tenaciter inhærente pec-  
cato, per tolerantiam curramus in  
proposito nobis certamine,

Supra cap. decimo ostensum est, quàm uarijs  
locis Apostolus fratres ad fidei constantiam &  
patientiam cohortari uoluerit, atque ita in com-  
mendationem fidei ueterum digressus sit, nunc  
colligens quæ dixit, transitum facit ad conclusio-  
nem argumenti huius Epistolæ. Dicit autem,  
Quia sola fide & crucis tolerantia, patres Deo  
se se approbauerunt, & hisce nobis de salute cõ-  
paranda tanta copia testati sunt, quomodo quæ-  
so nos excusati erimus, si illorũ multitudini nos  
socios non coniunxerimus: si illorum exempla  
tam uaria non enixim imitati fuerimus? Per nu-  
bem hic, densitatem, frequentiam seu multitudi-  
nem testium intelligit, (non obscuritatem seu re-  
frigerationẽ, sicut alias frequens est in scripturis  
nubis translatio,) id quod etiã satis indicat uer-  
bum *ωρμηκεῖμενοι*. Putes forsan Apostolum  
parũ proprie loqui, dum dicit: currere certamẽ,  
sed scias agonia apud grecos commune nomen  
esse cursorum & pugilum, quasi diceret, currite  
vestrum

Nubes pro  
densitate.

vestrum cursum, hoc est, quod uobis à Domi-  
no precipitur efficit, intēdite uires, permaneatiscq;  
in hac patientia & constantia fidei ad finē usq;  
Perseueranti enim prēmium salutis propositū  
est. Hisce autem quædam apponit, q̄ nos alacri-  
ores ad cursum pietatis absoluendum faciant,  
nempe sarcinæ exoneratio. Nihil oneris graui⁹  
est mala conscientia, ea enim aggrauat animā,  
& ita ad terram deprimat, ut cœlestia suspicere  
non ualeat, nedum in uia Domini alacriter per-  
gere. Hoc onus deponi Apostolus iubet, ut ex-  
peditor quisq; sit ad cursum consummandum.  
Et uenite, inquit Saluator, ad me omnes qui la-  
boratis & onerati estis, & ego reuocillabo uos:  
Expositiue autem ipse subiēcisse uidetur, quid p̄  
onus intelligat, peccatū nēpe, quod nos proxi-  
me circumstat, siue tenaciter nobis inhæret, & u/  
περιστροφῆς, quo uerbo graphice naturam de-  
prauatā in nobis siue philautiam depinxit. Tā  
tenaciter enim prauitas ista inhæret, ut per om-  
nem uitam satis abradere non possis. Conque-  
ritur idem & Paulus, quod sibi datus sit stimulu⁹  
carnis, nunciū Satanæ &c. Verum hoc depo-  
suisse dicuntur, quicumq; per omnem uitā huc  
incumbunt, ut carnem suam doment, peccatū  
deponant, & spiritum nouamq; uitā assumāt.  
Vis ergo in proposito cursu pergere? auocamē-  
ra ista abiice, & conatus non erit frustraneus.  
Sunt qui onus seu pondus curarum ac studiorū

Onus pro  
peccato, &  
Philautia.

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

interpretantur, sicut in parabola habetur: facilis est Camelum per foramen acus transire &c. Amici, honores, diuitiæ, non sunt per se onera: nec enim omnes onerant. Patet in Iob, Abraham, David & alijs, sed his sunt onera, qui cor apponunt, qui non ita utuntur istis, tanquam non utantur, qui non thesaurizant in coelis. Verum hic nolumus esse arguti, abundet quisque suo sensu.

respicientes ad fidei ducem & consummatorem Iesum, qui pro proposito sibi gaudio pertulit crucem, ignominia contempta, & ad dexteram throni Dei consedit.

Non contentus est sanctorum Patrum exemplis, illos ad fidei constantiam & patientiam, ad hortatus esse, sed & Christi exemplo tanquam omnium præcipuo eodem uocare conatur, si forsitan non sit, quem alia moueant. Esto quis imbecillis magis sit, quam ut patres sequatur, tamen non est quod animum despondeat, habemus ducem fidei fortissimum Iesum, qui nos manuducere cupit, adeoque hoc illi volupe est, cum uia nostra sit, præcursor noster, & pastor noster, paratissimus ad auxiliandum nobis, respiciamus enim in eum qui nos præcedit & perficit: hic enim patienti

Dux fidei  
Christus.

patientissimus fuit simul & tolerantissimus, tū  
dolorum, tum probrorum. Profecto, iniquis-  
simum fuerit, seruum uelle maiorem esse domi-  
no suo. Turpissimū item duce nostro in castris  
agente, domi nos uelle desiderare, neq; unquam  
militiam ingredi, presertim eam, unde tanta li-  
ceat nobis sperare bona. Modum loquendi ob-  
serua, Dux fidei, pro Dux fidelium, sicut supra  
Pontifex confessionis, pro pontifice cōfiteentiū,  
concretum loco abstracti positum est. Sic habes  
in quem debeant fideles respicere, quē imitari,  
Christum saluatorem cum primis. Sanctos au-  
tem quatenus isti Christum sunt imitati. Id qd  
ex Apostolo. 1. Corin. 11. patet, cum dicit: Imita-  
tores mei estote, sicut & ego Christi. Alij aliter  
fidei ducem exponunt, pro datore fidei. Sensus  
quidem sanus est, sed minus tamen germanus.

Pertulit crucem ] Potuisset Christus liber esse  
ab omnibus suis passionibus & ignominijs, sed  
noluit hęc nostri causa refugere indubie ut liber-  
ratis nobis exemplū relinqueret, ut ipsum intre-  
pide insequeremur. Dolores ferendi sunt, contu-  
melia deuoranda est, Christum uere secuturo,  
idq; similiter cum gaudio. Dicas, quomodo,  
queso, quod Apostolus hic habet: pro propo-  
sito sibi gaudio pertulit crucē, congruet cum  
eo, quod dicitur: Tristis est anima mea usq; ad  
mortem. Quantum ad spiritum attinuit, desi-  
derio desiderauit Christus & nobis immolari,  
quare

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

quare & ita summo cum gaudio omnes crucia-  
tus subiit. Animam enim suam sponte pro no-  
bis posuit. Quantum ad carnem, à morte ab-  
horruit, quod per se malum non est, cum Deus  
isto modo nos creauit, ut natura omnes abhor-  
reamus à morte, tamen horrorem istum, spiritus  
in Christo statim superauit, ut diceret. Nō mea  
uoluntas, sed tua, pater, fiat. Quod si forsan per-  
gis ista non sane perpendere, perdende saltem,  
quid te mali propter Christum perferentem ex-  
pectet? summa nimirum scelicitas, sicut & illum  
obedientem, confessus ad dexteram throni Dei,  
qui quatenus Deus est, neque ad dexteram, neque  
ad sinistram patris confidere potest, cum eandē  
omnino potestatem cum patre habeat, sed qua-  
tenus homo est, hanc proximam à Deo potesta-  
tem accepit, illicque data est omnis potestas in cœ-  
lo & in terra. De tropo autem hoc, supra cap. 1.  
satis diximus. Obserua diligenter qua sit ad glo-  
riam patris contendendum, nempe per crucem  
ad summam scelicitatem, per ignominiam, ad  
summam gloriam & dignitatē. Certe caro hoc  
nūquā perspexerit, cæcior em̄ est, quā ut queat.

Reputate em̄, quod is talem susti-  
nuerit à peccatoribus aduersus se cō-  
tradictionē, ne defatigemini animis  
defecti.

Amplificat

Amplificat exemplum propositum, ab innocentia passi Christi, ut qui mortem, & tam ignominiosam, perpeffus fit à peccatoribus, hoc est, nocentibus & qui toti erant peccatis adstricti, in quibus etiam uoluprabantur, isti autem tam ex Iudeis, quàm ex gentibus fuerunt. Si nunc hæc dux & caput nostrum Christus pertulit, tamq̃ patienti animo, decebit profecto nos illius membra, ista nobiscum reputare, neq̃ unquã admittere, ut uel à malis uincamur, uel cruce defatigemur, modo eodem perducì uelimus, quo ipse perductus. Certe nos nunquam tam innocentes fuerimus, quin inhærens nobis peccatū ad pœnam nos merito deposcat. Hoc autē in Christo non fuit, & tamen crucis ignominiam patienter pertulit: quãto magis nos multis modis nocentes eodem modo animatos esse conueniet. Nihil iniqui hic admittetur in nos. Imo cedent omnia nobis in maximum lucrum, si infractus perduret animus. Et hoc est uere ad patientiã animare.

Nondum usq̃ ad sanguinem restitistis aduersus peccatum repugnantēs, & obliti estis exhortationis, quæ uobis tanquam filijs loquitur.  
**Fili mi, ne neglexeris correptionem  
 Domini**



ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD  
Domini, neque deficias, cum ab eo ar-  
gueris. Quem enim diligit Domi-  
nus, corripit: flagellat autem omnem  
filium quem recipit.

Alius locus ab insufficientia passionis. Dicit  
autem. Quid: Velleis uos propter mala perpet-  
sa tam statim animo deficere? Certe nondum ta-  
ta & tam grauiā uos oppresserunt mala, non-  
dum ad sanguinem usque resistendum fuit in pug-  
na aduersus peccatum. Decebat uos imitari Chri-  
stum, qui non contentus fuit probra, ignomini-  
am, & id genus alia pro nobis deuorare, sicut  
nec sanguinem pro nobis fundere, sed & mor-  
tem, eamque crucis pro nobis subire uoluit. Neque  
ergo quicquam nobis durum sit pro ipsius nomine  
in peruersa hac generatione tolerare. Supra cap-  
pite. 10. dixit illos ingens certamen afflictionum  
sustinuisse, probra & pressuris affectos esse,  
spectaculo fuisse omnibus, direptionem faculta-  
tum cum gaudio accepisse, quæ sane non exilia  
uidentur: sed si ad finem spectes, & ad rationem  
cohortationi conuenientem, recte hic ista quan-  
tumuis ingentia, minutula ab Apostolo censentur.  
Fieri potest, ut aliqui ex illis, propter confes-  
sionem nominis Christi flagellati sint, quod cer-  
te absque sanguine fieri haud potuit. Mihi uideat  
hic per sanguinem, uitam intelligere, quam tamē

illa

illi nondum pro Christo exposuerant. Vitam autem pro Christo amittere, supremum malū est, quod impij pijs infligere possunt: neq; etiam hoc, nisi permittente patre cœlesti, absq; cuius uoluntate, ne pilus quidem capitis perit. Peccatum, uidetur hic apostasian intelligere & defectū onem à Christo.

Et obliuiscitis exhorta. ] Puta, tam cito. Sententiam ex Prouerbijis adduxit cap. 3. qua ad patiēter perferenda mala inhortatur. Multa ferre tanquam à Domino immissa, signum est excellentis dilectionis. Qui multum corripit, maxime à Deo diliguntur. Hoc mundus nescit. Non loquitur autem de ijs, qui patiuntur tanquam fures, homicidæ, & id genus facinorosi, sed tanquam ueritatis sectatores. Correptionem in genere intelligit, siue per Prophetas, siue per tyrannos, siue per morbos, siue per inopiā, aut per aliam quandam rationem adductam. (Nam istis Deus sæpius fidem suorum exercere uult.) quomodo cūq; hoc fiat, caue dissoluaris & abiecto sis animo, sed alacri. Solet enim, inquit, quos diligit Dominus corripere seu erudire. In Osea legitur tanq; presens ultio quod Dominus adulterantes Israëlitas exosus, noluerit corripere, sed suis pessimis permisit cupiditatibus. Certe quos hic Dominus corripit, tanquam clementissimus pater corripit, & ut qui curam suorum nondum abiect, Apoc. 3, Ego quoscunq;

Corripit  
Deo, et d  
ligi.

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

amo, arguo, & castigo. De hac castigatione seu correptione, gratias agunt Deo David, Hieremias & alij. Sic enim erudimur ad salutem. Idē uidetur uelle dicere, eo quod subiicit. Flagellat autem omnem filium quem recipit. Quamdiu ut filij flagellamur, tam diu in gratia patris sumus, qui uidens nos ignauos, & officij parum memores, istis stimulis nos ad diligentiam sollicitat, & accendit, ut fide & patientia fortiter pergamus. Alioqui ipse qua est ineffabili misericordia, non delectatur in flagellis nostris, sed quia nostri met obliuiscimur, mederi isti malo, dum corripit, uult. Istud autem facit suis, ne cum mī de hoc prauo cōdemnet, quemadmodum habemus. 1. Corin. 11:

Si castigationem sustinetis, ueluti filijs uobis offert se Deus. Quis enim est filius, quem non castigat pater? Quod si alieni estis à castigatione, cuius participes sunt omnes, igitur spurij estis, non filij.

Ultimus hic locus occurrit, quo Apostolus in patientia & fidei constantia Hebreos roborare uoluit, estq; à dignitate eorum, quos Deus castigat. Nam eò probantur, quod sint germani filij illius, non adulterini aut spurij. Dicere uult. Obsecro,

Obsecro, an uos potiores patres habebitis sanctis, qui à condito mundo indefinenter ad unū omnes flagellū domini sunt experti? Si nō uultis, quare ita timidi tergum subtrahitis? An nō Deum patrem uestrū agnoscitis? Certe quamdiu ille nos castigat, ut natos dilectos amplectitur, curamq; ad salutem nos prouehendi perpetuam retinet. Quis enim pater, uidens filium immorigerum lasciuientem, & carnalibus desyderijs deditiorem, non castigat? Si quem nō castigat, certe ut filium illum neq; agnoscer, neq; nomen patris satis tuebitur. Hic tamen non recte inferes, ergo omnes qui adfliguntur, sunt filij Dei: contrarium enim tantum uerum est. Castigant enim, qui tamen statim à fide resiliunt, patrem Deum abnegant, & desperant. Isti autem non sunt ueri filij, postquam paternam manum ad emendatum ferre non sustinent, nihilominus castigatio benignitatis paternæ euidentissimum est argumentum.

Quod si alieni estis ] A cōtrario arguit. Omnes, intelligit tã ueteris, quàm noui testamēti sanctos, qui nimirum Deo gratissimi fuere, ut Abrahamā, Mose, Iob, David, Daniel, & nulli non. Nā quotquot pie in Christo uiuere uolunt, necesse est ut persecutiones ferant. Iam si uos castigationem, quam omnes sancti admiserunt, auersamini, consequitur vos non esse ueros filios, sed spurios. Hoc autem quam absurdum sit & abo-

ANNOT. NIEPIST. D. PAULI AD  
minabile uel cogitare de nobis, perpēdatis ipsi,  
Itaq; cū carnis nostræ patres ha-  
buerimus castigatores, & reueriti si-  
mus illos, an non multo magis subij-  
ciemur patri spirituū & uiuemus?  
Atqui illi quidem ad paucos dies p-  
arbitratu suo nos erudiebant; hic au-  
tem ad commodū nostrum in hoc,  
ut impartiat nobis sanctimoniã suã.

Quandoquidem in similitudinem patrū ca-  
stigantium filios incidit, eam nunc prosequitur,  
causamq; ponit, ob quas patientius ferre nos ue-  
lit castigationem Dei, quã hominum. Est autē  
à maiori locus. Comparat enim carnales paren-  
tes ad cœlestem. Sensus est, Patres, quos secun-  
dum carnem habemus, natura plenam potesta-  
tem & ius corripiendi filios suos habent, & hor-  
rū etiam est istos summe reuereri, illisq; subijci.  
Quanto magis autem id debemus omnium da-  
tori Deo, patri spirituum, hoc est spirituali, &  
uitam omnibus conferenti. Vt cūq; parētib;  
te subijcias, tamen moriendum, hac autem sub-  
iectione immortalitatem tibi parabis. Adhæc  
quanto spiritualis ille pater terrenis dignior, be-  
nignior, melior, nostræq; salutis sitientior est, tã-  
to pati

to patientius etiam manum illius clementissimā  
 ferre nos addecebit. Aliam nunc rationē subij-  
 cit. Patres carnales per paucos quidem dies nos  
 castigarunt, idē pro sua libidine, nunc iracun-  
 di, nunc acerbiores, cedentes adfectibus, suam  
 ita in nobis gloriam, aut emolumentum spectā-  
 tes, cum forsan blandimentis plus effecissent,  
 sed ita illis uidebatur. Atqui Deus multo foelici-  
 us nos punit, nullis enim affectionibus est ob-  
 noxius, neq; suum commodum nos castigando  
 quærit, sed solū ut nobis proffit, spectat. Quod  
 autem commodum hoc est? Ut impartiat, in-  
 quit, nobis sanctimoniam suam, hoc est, quem  
 admodum ipse sanctus est, ita & nos per eum  
 castigati, sancti reddamur. Nam quandoquidē  
 ipse sibi sufficiens est, & perfecte beatus, nostro-  
 rum bonorum non eget, ipsi nihil per nos, uel  
 accedit uel decedit. Ad sanctimoniam ergo quia  
 crux facit, non est quod hac pressi, animum abij-  
 ciamus. Videmus sane quā facile Dei obliuio  
 nobis incurrat, cum secundum carnem rectius  
 nobis habere uidemur, quid quæso fieret, si nul-  
 la omnino tēporalibus inhæreret amaritudo?  
 Finem itaq; crucis & afflictionum contemple-  
 mur, & indubie nō erit cur tantopere abhorrea-  
 mus.

Omnis autem castigatio in præ-  
 sens quidem nō uidetur esse gaudij.

X 2

sed molestiæ. At postea fructū tranquillū iustitiæ reddit his, qui per illam fuerint exercitati.

Summū commodū ex cruce prouenire dixi eā autē ferre fateor esse molestissimū. Vt cūq; tamen ferentes aduersa forti animo, paulò post exercitati, optimos simul & suauissimos fructus, prouenisse sibi cernent, iustitiā puta, tranquillitatem, sanctimoniam, adeòq; ueram beatitudinē. Certe lōge utilissim⁹ fructus est, conuersationē habere in cœlestibus, annumerati electis Dei. Huc autem crux adducit, non est ergo contra uoluntatem Dei fugienda. Concludit nunc testimonio ex Esaia cap. 35. desumpto, & dicit:

Quapropter manus remissas, & genua soluta furrigite, & facite ut recti sint gressus pedibus uestris, ne claudicatio aberret à uia, imò sanetur potius.

Aliquanto diuersis uerbis in propheta legitur, verum ut iam aliquoties monuimus. Auctor .LXX. imitatus est. Dicere autem uult: Quare manus uestras deñcitis tanquam despondentes animos: sitis alacres & imperterriti, ne labascant genua uestra præ timore & tristitia. Quib⁹ uerbis

uerbis nil aliud, quam pusillanimitatem illorū increpat, atq; ad sumendum animum in domino inhoratur. Meticulosos autem pauidos & mcerentes videmus trepidare, manibus pendulis incedere, genibus dissolutis vacillare. Addit ne claudicatio &c. hoc uult: Ne sitis tanquā claudicantes, & non rectis incedentes pedibus, qui facile subuertuntur, sed erecti & firmi. Similitudinem trahere uidetur à curribus, qui aberrantes ab orbita, nonnunquam subuertuntur. Pergit nunc ultra, alias uirtutes & fructus fidei commēdans, cū primis uero pacem & sanctimoniā uitæ, quam & paulò ante ex cruce impartendā nobis asseruit.

Pacem sectemini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo uidebit Dominum, curam agentes, ne quis sit qui deficiat à gratia Dei, ne qua radix amarulentia, supullulans obturbet, & per hanc inquinentur multi.

Vbi vera fides in Christum fuerit, ibi indiuiduum comitem pacem secum trahit, eam autē primum cum Deo, tranquilla iam conscientia de peccatis, deinde etiam cum omnibus homini



Sāctimo/  
nia quid.

bus, tam amicis, quā inimicis, tam Iudæis quā gentibus. Sanctimoniā etiam adesse nobis uult, qua intelligimus continentiam corporis, ut abstinentes ab omnibus, quæ animam aggrauare possunt, apti simus ad diuinum cultum, ut ad Deo dignā hic uiuamus. Hæc si absit, nulla spes est uidendi Dominum. Videtur Apostolus alludere ad illud Exodi. 19. ubi Dominus iussit, ut populus per triduum sanctificaretur, id est faciebant ieiunijs & orationibus, nimirū, ut ad diuina esset aptior. Certe si carnalibus voluptatibus immergamur, Deum non uidebimus, hunc enim soli mundo corde uidere possunt Mat. 5.

Ne quis deficiat à gratiā ¶ Vult gratiā Dei diffusam esse in labijs nostris, & ita omnibus commendatam, ut ueri imitatores & discipuli Christi inueniamur: atque ad hunc sensum subsequentiā uidentur facere. Sunt tamen qui beneficentiā erga proximum, per gratiā hic intelligunt, atque quod iubeat unumquemque operam dare, ne in quoquam partius ista gratia Dei sese exerat.

Ne qua radix amara. ¶ Amaritudinem animi cauere uult, quemadmodū & Ephesijs dicit. Omnis amarulentia, & tumor & ira, & uociferatio, & maledicentia tollatur à uobis cum omni malitia. Eph. 4. Venuste autem istam amaritudinem animi, radicem amarulentia (seu quod idem, amaram) & suppullulantem uocat. Malorum enim maximum prouentum & feracitatem pal  
sim vi

sim videas, & quod paruo tēpore in proxima  
quæcūq; naturam suam transfundant, atq; adeo  
corrumpant. Cura ergo hic opus erit.

Ne quis scortator, aut prophe-  
nus, uelut Esau, qui unico edulio  
permutauit ius primogeniti. Scitis  
enim quod postea cum uellet hære-  
ditario iure benedictionem assequi,  
reprobatus sit. Non em̄ reperit pœ-  
nitentiæ locum, tametsi cum lachry-  
mis quæsiuisset eam.

Pecunias voluptates sectantes, & suscipi decē  
religionem pietatis habentes, regno cœlorum  
sunt indigni. Scortatorem uocat, non qui semel *Scortator*  
aut iterum in flagitium hoc prolapsus est, sed  
qui assuetudinem mali iam nactus est. Simili *Prophans*  
ter prophanum, vitæ purioris & secundum pie-  
tatem instituti negligentem, ad eōq; mysteriorū  
Dei incurium. Neq; uero putes Apostolū ho-  
rum facturum fuisse mentionem, nisi in ecclesia  
tū aliquando inoleuisse cognouisset. Vides hic  
nihil in humanis ab omni parte beatum, cautus  
ergo ambules, lapsis ex infirmitate condoleas,  
tamē ut ad fratrum errata nuncq; conuiuere uelis

ANNOT. INEPIPTIS. D. PAULI AD

Velud Esau ¶ Scite admodum Apostolus exemplum hoc adducit, quo fratres religionis negligiores, & deditiores carni quàm uocationem ipsorum decebat, reuocaret uel in uiam, uel sua admonitione præseruat. Esau certe pro uili edulio ius primogenituræ suæ, quæ debebat illi fuisse dignissima, uendidit. Quæ causa? nimirum in gluiues, & breuis quædã uoluptas: Ius primogenituræ, non debuit illi tam abiectum fuisse, ut quod donum Dei uere esset, cuius contemptus non potuit non & alia mala illi afferre. Nam postea sera pœnitentia ductus, à benedictione iusto Dei iudicio excidit. Vide Gene. 15. & 27. Dextre sane hunc locum Apostolus exposuit, & secundum ipsissimam spiritus mentem. Quidam hunc locum calumniantur, ut quo negetur pœnitentia, quemadmodum Nouariani Hæretici ausi sunt dicere, sed præter rationem hoc faciunt. Tum nihil loci pœnitentiæ supererit, cum lata iam sententia iudicij fuerit. Certe in inferno damnati frustra lachrymabuntur & pœnitentia peccatorum ducentur. Et hanc Apostoli esse mentem, facile propius intuëti apparebit. Benedictio, quem dabat Isaac, indubie instinctu spiritus sancti facta, sententiæ diffinitiuæ loco erat, necesse itaque fuit eam esse raram & irrefragabilem. Quod si Esau ante benedictionem factam, mores mutasset, & ex animo & uere pœnituisset, utique non fuisset à Deo reprobatus. Hæc mihi uidetur germana

Pœnitentiam hic non negari.

mana loci esse expositio. Alij hic annotant Esau non uere pœnituisse, puta quod factum infectū uellet, sed potius damni intuitu se ita gessisse, quemadmodum Iudas fecit, & omnes impij facere solent, qui pœnam exhorrescunt magis cū dolent de admissis, quàm quod ira peccatum odiant, & Deum offensum sentiant.

Non enim accessistis ad cōtactū montem, & incensum ignem ac turbinem, & caliginem, & procellam, tubæq; sonitū, & uocem uerborū, quam qui audierant, deprecari sunt, ne his adiungeretur oratio. Nō em̄ ferebant quod edicebatur. Si bestia tetigerit montem, lapidabitur, aut iaculo configetur, & adeo terribile erat uisum, quod apparebat, ut Moses dixerit: Expauēfactus sum & tremebundus.

Hortatur iam fortiori argumento, nempe à dignitate Christi, cui omnes nomen dedimus, cuius etiam ecclesia dicimur. Illi si uere credidimus, oportebit nos uocationis nostræ esse me-

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD.

mores, iustitiæ, paci, puritati, & sanctimonie ex animo studere. & ita ista superioribus cohærent. Dixi supra, ubi habuimus: Pacem sectemini cū omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo ui- debit Dominum, Apostolum respexisse ad lo- cum Exodi. 19. eum nunc, quia non parum ad in- stitutum suum facit, tractandum sibi sumit. Fre- quens autē argumentū hoc est apud Paulū, qđ nos maiorē curā sanctimonie impēdere dece- at, quā qui sub Mose uixerunt, eo quod in ma- iore luce sub Christo uersemur. Olim quando Moses accepturus erat legem à Domino, popu- lus Israël crassior ad montem accessurus, audi- uit, ut se antea per triduū sanctificaret, sicut pau- lo ante diximus. Vos non accessistis ad talē mō- tem, incensum ignem, turbinem, & caliginē &c. sed ad montem Sion, ad ciuitatem Dei uiuentis, quemadmodum statim dicit, quanto ergo ma- ior à uobis sanctificatio & studium approban- di uos Domino requiratur, perpendite.

Montes tā-  
gere.

Ad contactum montem ¶ Modus loquendi est, quemadmodum in Psal. 17. 103. & 143. Tan- ge montes & fumigabunt: quando enim mon- tes diuino nutu & tremenda Dei potentia con- tremiscunt, dicuntur à Deo tangi, hinc mons cō- tactus hic est. Alij montem contactū, uisibilem & tangibilem exponunt, sed mihi non satis facit istorum expositio, aliud enim scriptura spectan- dum eo proposuit. Dicit autem hic paucis quid-  
tempore

tempore legis datæ sit factum.

Quam qui audierant ¶ Exod. 20. Cunctus populus uidebat uoces, & flammæ, & sonitū tubæ, montemq; fumantem, & perterriti ac pauore concussi, steterunt procul, dicentes Mosi: Loquere tu nobis, & audiemus. Non loquatur nobis Dominus, ne moriamur. Et Deute. 18. repetit: Ultra non audiam uocem domini Dei mei &c. Ait autem dominus. Bene omnia locuti sunt: Prophetam suscitabo eis &c. Quia Deū loquentem nobis, non potuimus audire, Christus incarnatus est, in cuius ore Deus uerba sua posuit. Audiamus ergo hunc. Hac magnificentię suæ declaratione, Deus metum sui, & reuerentiam quandam crasso populo incutere uoluit, quem admodum ex Exod. 20. cap. patet.

Si bestia tetigerit montem ¶ Videtur esse causa cur uocem Domini audire populus deprecatur sit. Cum enim ne iumentis quidē accessisse, impune fuit, etiam sibi haud esse colligebat, & fieri potest, qd etiam Domini uocem audisse, putaret leriferum. Ordo quidam obseruatus fuit in accessione montis. Mosi permittebatur accessus ad Deum in monte, etiam Aaroni, deinde septuaginta, postea populo, iumenta uero longe arcebantur, ut quæ aliena erant à Deo. Quod si bestia propius accessisset, lapidabatur, aut iaculo configebatur. Et hoc significabatur, pecuinos homines esse indignos, qui propius diuinis adhiberentur.

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

hiberentur, nihil enim illos Deo dignū sapere.  
Et adeo terribile ¶ Auget istis quæ premitt. In  
certum autem est, an Apostolus dictum hoc  
Mose, Expauēfact⁹ sum & tremebundus, exter  
rifica ista domini apparitione, & omniū trepi  
datione, collegerit, aut ex alio quopiam sacro li  
bro hauserit. Certe in biblijs non reperitur. Sed  
hic nihil est quod cunctemur, ueritati consonat,  
merito igitur amplectendum. Nos quoties iudi  
cia Domini tremenda perpendimus, haud mirū  
si contremiscamus, maxime solam legem audir  
entes, quam nemo mortalium se impleuisse glo  
riari poterit. Quod si tantus uir expauēfactus,  
quanto magis nos, qui non dum eo pietatis per  
uenimus.

Sed accessistis ad montem Sion,  
& ad ciuitatem Dei uiuentis, Hieru  
salem cœlestem, & ad innumerabi  
liū Angelorum cœtum, & ad con  
cionem primogenitorum, qui con  
scripti sunt in cœlis, & ad iudicē uni  
uersorum Deum, & ad spiritus iu  
storum perfectorum, & ad noui te  
stamenti conciliatorē Iesum, & ad  
sanguinem

fanguinem asperſionis meliora lo-  
quentem, quàm loquebatur ſang-  
uis Abel.

Vultut dignitatem noſtram probe attenda-  
mus: ſi quidem uere Chriſtiani ſumus, ad aliū  
populum, nempe eccleſiam Dei acceſſimus, que  
nobis per montem Sion figuratur. Nam ibi ea  
ſumpſit originem, & poſtea in fines orbis terræ  
propagata eſt, ut ex Actis patet. In Galatis, ubi  
diſtinguit montem Sion & terreſtrem Hieruſalē  
à cœleſti, etiam tale quod eſt. Noſtra mater, cœle-  
ſtis Hieruſalem, ad quam quotquot à condito  
orbe fuerunt iuſti, pertinent, ſed uidebimus hoc  
ex Apoſtoli verbis, qui ipſe ſatis explicat. Præ-  
fert autem noſtra ueteribus, indubie, ut maius  
pietatis ſtudiū in nobis accendat & excitet. Ob-  
ſeruabis hic, eccleſiam iſtam Dei humanis ocu-  
lis non poſſe cerni, nam fideles mortui, & ad-  
huc in carne uiuentes, & nos ſecuturi, de hac ec-  
cleſia ſunt, etiam ipſi Angeli. Eam autem uocat  
ciuitatem Dei uiuentis, eo quod Deus illam in-  
habitat, & gratiā ſuam in illa ubertim explicat.  
Hieruſalem cœleſtem eo quod nihil ſordium ter-  
renarum reſipit. Concionem primogenitorū,  
eo quod alijs fratribus ſecundum carnem colla-  
ti excellunt, & quaſi Domini illorum ſunt. Vel  
primogeniti dicuntur participatiue, eò quod  
Chriſtus



ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

Christus caput ipsorum, primogenitus mortuorum dicitur, à quo huius nominis participatio illis donetur. Christo cum primis hæc dignitas competit, idque natura, nobis non nisi per gratiam. Ab æterno autem Deus saluandos prædestinavit & prævidit, & hæc est conscriptio in cœlis seu librum uitæ. Hinc certe gaudium est filijs Dei, quod nomina sua scripta sunt in cœlis, quæ admodum discipulis suis Christus Luc. 10. dicit.

Et ad iudicem uniuersorum ¶ Non frustra iudicis Dei cōmeminit. Sic enim sollicitudinem & metum quendam illis infligit, quo uitam suam uera sanctimonia ornare non negligant. Iudex enim Deus est, & iudex uniuersorum, quem nihil quicquam latere potest eorum quæ sunt. Ad spiritus autem iustorum perfectorum, inquit, hoc est corpore liberatorum. Perfectionem enim ueram expectamus adhuc, cum Deus omnia in omnibus futurus est. Istis iustis accedere cupiamus. Supra diximus testamentum, usurpari pro fœdere, ubi quoque explanatum est. quomodo Christus mediator noster sit, quasi diceret, si nihil est quod uos mouere possit, moueat saltē preciosissim⁹ sanguis Christi p nobis us⁹, ut grati illi sitis, hoc si facere contempseritis, quæ obsecro peuntibus reliqua erit excusatio?

Ad sanguinem aspersi ¶ Alludit ad propitiacionem per sanguinem factam, de qua supra cap. 9. fuis autem figura sanguinis Christi preciosissim⁹

fiffimi, qui nos emundat ab omnibus peccatis & sordibus. Caueamus ergo ne porro coinquinemur. Christi sanguis longe sanctiora loquitur, quàm Abelis à fratre occisi: qui typum quendam Christi gessit. Sed & Christus à fratribus suis Iudæis innocentissime occisus est. Certe Abel secundus, multo clarior est Abele primo, qui fuit filius Adæ, cum iste sit filius Dei. Omnes homicidæ terrentur usq; in extremum diem uitæ, idq; ex sanguine Abelis uindictā usq; postulāt. Homicidiū em̄ & effusionē sanguinis Deus inultū non sinit. Hoc si uerum est, quomodo quæso pœnam effugient, qui quantum in se est, cottidie Christi sanguinem peccando fundunt, maleq; gratos illi se per omnia exhibent.

Videte ne aspernemini eum qui loquitur. Nam si illi non effugerūt, qui auersabantur eum qui loquebatur in terra, multo magis nos, si eum qui de coelis est, auersemur.

Nunquam instituti sui Apostolus obliuisci potest. Habuimus enim scopum Epistolę esse, ut Hebræi, hæctenus legis & Prophetarum auditores, ultra Christum, non Mosen suum audiant. Nam huic si nō habeat fides, impune haudquaquam futurum esse. *μη παρατήσῃς* id est, ne afferatis aliquem prætextum, quo uos excusetis

ANNOT. IN EPIT. S. D. PAULI AD

excusetis, ne Christum audiatis. Non enim tantum uult nos non aspernari eum qui loquitur, sed neq; ullum prætextum facere. Effugerunt, scilicet supplicia. Eum qui loquebatur in terra, alij Angelum intelligunt, per quem lex data est, figuramq; mediatoris gessit: Alij Mosen, quod & mihi probatur: Affert enim solitum suum argumentum à maiori. Quandoquidem non effugerunt pœnas Mosen non audientes, multo minus euadent impunes, qui filium Dei, & iam glorificatum non audiunt, & in incredulitate sua perdurant. Vtq; illos multo grauissima pœna manebit. Sic & supra cap. 2. Super terram contingebat oracula Mose data audire, nunc Christus de cœlis loquitur, quando spiritu suo ministros in hoc electos afflat, & uoluntatem suam hominibus annunciat. Vel, cum de cœlis dicit, respicere nos uult ad eum, qui iudex uenturus est uiuorum & mortuorum. Hæc admodum pia admonitio est, ut prouidi & circumspecti simus, & unicum doctorem & magistrum nostrum in cœlis, audiamus. Vocat enim nos ad se, atq; adeo ad sanctissimam uitã. Ne sumamus obsecro prætextum, quemadmodum Evangelici uocati ad nuptias fecerunt. Omnes natura excusati esse uolunt, & iusti apparere, exemplo sunt, Adã, Saul, & alij, sed nulla apud Deum ualebit excusatio, maior sit nobis illi<sup>9</sup> autoritas, q̃ ut excusationi locum superesse in animum inducam<sup>9</sup>.

Cuius

Cuius uox tum concussit terram,  
at nunc denunciauit dicens: Adhuc  
semel ego concutio nō modo terrā,  
uerum etiam cœlum.

Quandoquidem Apostolus cum peritis in  
scripturis loquitur, omnia ferè scripturis confir  
mat. Adducit locum Hag. 2. quem satis foeliciter  
interpretatur. LXX autem more suo, imitatus  
est. Vox Dei olim terram concussit cum Moses  
acciperet legem, fuit enim terræ motus, & com  
motio populorum, qui audientes quæ Domi  
nus fecisset, conturbabantur, & timore apprehē  
debantur. Montes exultabant ut arietes, & col  
les sicut agni ouium. A facie Domini contremu  
it terra &c. Psal: 114. Qualis autem olim cōmo  
tio fuit, talis etiam cōmotio & pturbatio facta  
est, Euangelio in toto orbe annunciato, id quod  
adumbrabatur, quādo in missione spiritus san  
cti, locus ubi erant Apostoli congregati, cōmo  
tus est, sonitus de cœlo auditus est, & alia, quæ  
in Actis leguntur. Scias autem quædam in Pro  
pheta quadrare in primum Christi aduentum,  
qui fuit in humilitate, quæ dā uero in secundum,  
qui futurus est in gloria. Nam non est infrequēs  
prophetis de toto Christi regno pphetizare,

Adhuc semel ego ¶ Hebræi paulò aliter ha  
bent. Manifeste autem apud Prophetam uoca

Y

ANNOT. IN EPIPTIS. D. PAULI AD

tio gentium & institutio ecclesie prædicit. Vult enim dicere, non esse longum tempus, cum Dominus iterum mira facturus, & populum suum iuxta promissiones prophetarum redempturus, & ista futura sit magna commotio. Adde etiam alia, quibus indicat in aduëtu Christi multa miracula ædenda esse. Cæterum à baptismo Christi, usq; ad missionem spiritus sancti, etiã miracula per Apostolos facta, pro una cõmõtione habentur. In primitiua autem ecclesia necessarium fuit, ut fierent miracula, oportuit enim nouam illam doctrinam uirtute spiritus & miraculis mundo confirmari. Iam confirmato Euãgelio nihil opus est. Nam qui apostolicis miraculis non credit, neq; nouis unq; ex animo crediturus est. Noua commotio, argumentum erat nouæ legis, & quod umbram sequeretur ueritas. Sed uideamus quomodo Apostolus dictũ hoc expendat.

Porro illud quod dicit: adhuc semel, significat eorum quæ concutiuntur translationem: utpote quæ facta sunt, ut maneant ea quæ non concutiuntur.

Vide, inquit, mysteriũ in istis verbis: Semel adhuc. Si cõmouenda sunt, non sunt stabilia & consummata

cōsummata. Deus qui est firmissimus ac immu-  
tabilis, non potest cōmoueri & concuti. Iam si  
lex Mose tam firma & solida est, quàm Deus ip-  
se, cur dicit se adhuc semel concussurum nō mo-  
do terrā, verū etiā cœlū? Translationē ergo ce-  
rimoniarū ista cōcussione significare Propheta  
uoluit, ut quę sēpiternę & perpetuę esse nō debe-  
bāt. q̄modo ergo recte in istis uos gloriemini?  
Cōmotio, ostēdit res nō esse firmas atq; imotas.

Ut pore quę facta sunt. ] Nulla creatura pro-  
prie est imutabilis, quia cœpit esse, etiā ne angeli  
quidē natura imutabiles sunt, sed sola Dei grā-  
tia, qua etiā cōsistūt. Quęcūq; facta sunt, possunt  
aboleri & concuti. Vita æterna, charitas in Deū,  
ista sunt æterna bona & quę perdurant. Opor-  
tuit autem mutabilia p̄cedere, ut succedant im-  
mutabilia. Sic & de sacerdotio leuitico atq; cere-  
monijs licebit dicere. Alij referunt ista ad extre-  
mum diem, ut in quo mutatio omnium rerum  
futura sit, quod & nos confitemur.

Quapropter regnum assumentes  
quod concuti non possit, habemus  
gratiam, per quam ita colamus De-  
um, ut illi placeamus cum reuerētia  
& religione. Etenim Deus noster  
ignis consumens est,

ANNOT. IN EPIT. S. D. PAULI AD

Hic se aliq̄modo explicat, & dicit nos qui Christo credimus in scriptos in regnum Dei, quod quia perpetuum & immobile est, assumamus, ingrediamurq; in illud, Christum regē ante omnia audituri. Videtur autem gratiam accipere, quemadmodū paulò supra, pro suauitate morum in tractandis proximis, quæ & ipsa fructus est verę charitatis. Atqui ista Deo placetur, maxime si accedat comes, reuerentia & religio. Cogitemus Deum semper præsentem, & inspectore operum nostrorum, cui & reddenda sit uitæ ratio, & indubie omnis desidia & socordia à nobis abscedet. *εὐλάβεια* promptitudo quædam suscipiendi id quod Deo placet, facultas quædã est, sed cum timore Dei coniuncta. Et ita charitatem nobis & timorem Dei cõmendare uoluit. Interea tamen rediit ad ea, quę superius dixerat: Pacem sectemini cum omnibus &c.

*Εὐλάβεια*  
quid.

Deus zelo  
169.

Etenim Deus noster ¶ A periculo argumetur. Testimoniū autē istud ex Deute. 4. descriptū est. Dicit autem Deus zelotes est, non parcat delinquentibus, sed uisitat iniquitates in tertiam & quartã generationem. Efficacissimus ultor est, & quemadmodum ignis stramini & stipulis appositus, illis nequaquam parcat, sed consumit, ita & ille nemini parcat, nisi inuouationem uitæ medicanti, resistere illi⁹ ire nemo potest, nisi qui resipuerit. Cauendum ergo erit, ne cõtemnam⁹, contempserimus autem, si eum quem misit non amplexi

amplexi fuerimus. Quidam hanc clausulam in  
 titium sequentis capituli faciunt, sed minus cōmo-  
 de. Nam est ratio eius, quod regnum immobile  
 Hebræos assumere adhortatus est.

## CAPVT XIII

Fraterna charitas maneat. Hospi-  
 talitatis ne sitis immemores : per  
 hanc enim quidam inscientes exce-  
 perunt angelos hospitio.

Duas præcipuas uirtutes paulò ante cōmen-  
 dauit, pacem & sanctimoniam, eas nunc latius *Charitas*  
 profequitur. Si pax habenda est cum omnibus  
 hominibus, omnium maxime cum fratribus &  
 eiusdem hæreditatis consortibus. Isti em̄ eundē  
 patrem in cælis habent. Dicās. An nō omnium  
 gentium pater est, & sic omnes homines fratres?  
 Fraternitas nostra ex eo nomen non sumit, sed  
 quod uno spiritu Deum adoramus, & Abba  
 patrē inclamamus. Si uere quis confiteatur pa-  
 trem Deum in cælis, illūq; ut decet reueretur,  
 & domesticorū fidei eum non puduerit, pro fra-  
 tre censendus, alioqui utcunq; lingua hoc nomi-  
 nis sonet, nihil est. Fraternitates quas uocant mo-  
 nachorum & questionariorum indignæ sunt  
 hoc sacro sancto nomine, qd & nos caueamus  
 prostituere. Maneat autem dicit, quia non suffi-



ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

cit semel atq; iterum fratri benefecisse, oportet iugem esse beneficentiam. In hac em̄ uerus cultus Dei consistit. Ista tamen charitas, de qua loquitur, inter nullos syncera esse potest, quàm inter eos, qui Christum professi sunt. Videas quidē qui cum laude incipiant, sed non uere in Christo radicari, statim resiliunt. Perpende illud. 1. Ioā. 3. Qui habuerit substantiam mundi, & uiderit fratrem suum egentem &c. Dilectio nullos excludit, tamen potiore rationem domesticorum fidei habet, ut qui propter Christi fidem ab alijs deserantur, etiam à suis cognatis secundum carnem. Cōmodum ergo subiicit.

Hospitalitas.

Hospitalitatis ne sitis. Si uenerint ad uos peregrini & exules, ne sitis in illos duri, & quia hactenō in hac uirtute p̄celluistis, moneo ne obliuiscamini eius: neq; enim ista inter extremas uirtutes est censenda, postquam per hanc quidam insciētes Angelos hospites exceperunt. Non quosuis autem hospitio excipi uult, sed peregrinos, quia his, ut ignotis, potius succurrendum est, quàm qui iā familiaritatē quandā sibi cū hominibus contraxerunt. Erga peregrinos se hospitem exhibere, eximiæ charitatis argumentum est, & etiam apud gentiles celebratum, unde ius hospitij summum illis habebatur, puta, ne quis hospitem læderet. Testes sunt Homerus, & uetustissimi quicq; poëtarum. φιλοξενία, habet in se magis affectus & beneuolentiæ erga hospites, significatiōnem

tionem, quàm sumptus largioris faciendi præceptum. Non requiritur à te ut magnos sumptus facias. Iuua quantū potes, & amplectere. Quid si propter facultates tenuiores adesse quantum illi opus sit, non licet, indica saltem uiam, atq; bene uolum te exhibere. Supra uires ut facias, nemo sanus à te requireret.

Per hanc enim quidā ¶ Exemplo rem suadet, nempe sanctos olim hospitales, Angelos hospicio excepisse, id quod de Abraham & Lot legimus Genes. 18. & 19. Abraham tres uiros fatigatos ex itinere in meridie uidebat, adorauit & in tabernaculum suum uocauit. Lot duos circa uesperam, nihil minus putans eos esse quàm angelos. Hac uirtute isti placuerunt Deo, placebitis indubie & uos, si pergatis eius non esse immemores. Nos suscipientes peregrinos & pauperes, non Angelos, sed Christum ipsum recipimus, quemadmodum & illi fit, quicquid pauperibus & minimis suis fit. Quia autem Angelos hospicio exceperunt, discamus quod nimius delectus in peregrinis & pauperibus recipiendis non est adhibendus, tamē ignauis nolim ita patrocinari, ut alijs dignis min⁹ subuenire possis. Notent ista Christiani, cum primis uero qui duces gregis Christi dici se uolunt, & ex clero sunt.

Memores estote uinctorum, tanquam unà cum illis uincti: eorū qui

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD  
affliguntur, uelut ipsi quoque uersan-  
tes in corpore,

Vincti.  
Aegroti,

Alienos & hospites comendauit nobis, nunc  
etiam incarceratos & maxime propter confessi-  
onem ueritatis, quae Christus est, horum nos  
pudere non uult. Eadem enim ueritas est in cap-  
tis, quae in nobis est. Vult ergo ut horum simus  
memores, & quantum in nobis est, tum preci-  
bus, tum re ipsa ipsos studeamus liberare, maxi-  
me cum inuicem sumus membra, & eiusdem ma-  
li sensu affici nos oportet. Vellemus quidem nos  
in uincula coniecti, fratres & amicos omnes de  
nostra salute esse anxios, & despiciere, qua nobis  
succuri posset, idem faciamus & nos alijs. Veri-  
tas enim aliquando in captiuis sanctis peridita-  
tur. Tamen unusquisque hic pro suo modulo, &  
ea prudentia agat, qua non nocere, sed prodesse  
periclitanti possit. Sed hic charitas docebit quid  
faciendum sit, & quid minus.

Eorum qui affliguntur ¶ Puta, ob malam ua-  
letudinem, famem, sitim, uel aliam qualemcumque  
necessitatem, memores talium nos uult, sed ita,  
ut quicquid in solatium afflicti pie fieri possit,  
non detrectes, & ut uerum membrum, alij mem-  
bro condoleas. Causam quae huc permoueat,  
adiicit dicens: Velut ipsi quoque uersantes in cor-  
pore, hoc est, tanquam iisdem malis obnoxij.  
Esurit hic, sitit hic, eandem imbecillum carnem  
& tu

& tu gestas, & propterea nihil non humani tibi expectandum puta. Iuua ergo ad afflictum quantum pores, ueramque sympathiam apud te ualere sinas. Audies alioqui: Esuriui, & non dedisti mihi cibum &c. Et ita Apostolus ordine aliquot opera misericordiae posuit. Nunc ad alteram uirginitatem explicandam, sanctimoniam uidelicet redit, & dicit.

**Honorabile est inter omnes coniugium, & cubile impollutum. Scoratores autem & adulteros iudicabit Deus.**

Quia superius adeo sanctimoniam commendauit, potuisset aliquis cogitare, an fortassis relinquenda sit uxor, ut uirtuti istius maiorem operam dare quis possit: Respondet, nuptias pro pollutione non esse censendas, quemadmodum quidam male feriat homines superioribus & nostris saeculis ausi sunt dicere. Religiosi isti putant eos qui matrimonium contraxerunt, minus contemplationibus posse uacare, atque ita impedimentum spiritus sancti & gratiae obijcere, quo minus se exerere possint, cum tamen hoc non esse, tot & tantorum habeant exempla. Moses, qui locutus est Domino facie ad faciem, maritus fuit. Similiter Abraham, Isaac, Iacob, sanctissimi uiri, & tamen ex coniugio contaminati

Coniugium

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

non sunt, sicut nec isto spiritū sanctū prohibuerunt. Iam si coniugium indignū est diuinis vacaturo & coinquinat, certe Papistæ superiores erunt Patriarchis, plerisque Prophetis & Apostolis. Quam autem absurdum hoc sit uel cogitare de tantis uiris, quisque fidelis iudicet. Cubile impollutum, intelligit moderatum debitæ beneuolentiæ usum, qui nemini peccato & pollutioni posse esse potest, Vbi fides in Christum obtinet, ibi nihil contra naturam fit, ibi non est coinquinatio, sicut nec locus prauæ libidini, sed puritas & continentia etiam in ipso matrimonio. Notius est dictum Paphnutij, quam ut hic referendum putem. Hinc facile patet impiam & diabolicam doctrinam esse, inhibere matrimonia, & scortationem admittere, atque adeo in aliquibus ipso matrimonio præferre, id quod Pontifex Romanus ausus est facere. Contrarium hic Apostolus docet, cum dicit. Honorabile esse in omnibus matrimonium, ergo etiam in ministris ecclesiæ. Non enim ullam ætatem (modo illa sit iusta & matrimonio commoda) excludit & reijcit sicut nec aliquem statim ut uocant hominum. Porro quam honorandum matrimonium etiam gentibus fuerit, cuius uel medioeriter in prophanis literis uersato abunde patet.

Scortatores autem & ¶ Vides quid sanctimoniam perdat & polluat: non matrimonium, sed scortatio & adulterium, ista enim templum  
Dei

Dei prophanant, quemadmodū copiose. 1. Cor  
6. legis. Obseruabis hunc locum contra eos, qui  
scortationem ita extenuant, ut fere pro peccato  
non habeant, sed experientur olim etiam si hic  
iudicem effugiant. Nam Deus istos sicut & adul  
teros iudicabit, hoc est, puniet, & condemna  
bit. Certe neq; scortator, neq; adulteri, neq; im  
mundus, neq; auarus, qui simulacrorum cul  
tor est, hæreditatem in regno Christi & Dei ha  
bebit, nisi nobis spiritus, s. mentiatur: Eph. 5.

Sint mores alieni ab auaritia, con  
tenti ijs quæ adsunt. Siquidem ipse  
dixit: Non te desero neq; derelin  
quo, ut fidētes dicamus: Dominus  
mihi auxiliator, nec timebo quid fa  
ciat mihi homo.

Hoc non incommode referre possumus ad *Auaritia.*  
ea, quæ superius sunt dicta, de subleuandis pau  
peribus & colligendis peregrinis, ut sic tacite ob  
iectioni respondeat, quam tenacior quis obijce  
ret. Si dederō illi & alteri stipē, facile omnia quæ  
habeo eragauero, quis deinde me pascet? unde  
ego accipiam, quo uitam meam sustentem? Di  
cit. Nostrum, qui omnia postposuimus Chri  
sto, non est istis terrenis & fluxis animo defigi,  
ad longe enim maiora uocamur. Ne ergo ita si  
mus rei

simus rei faciende dediti, ut præ amore auri & argenti, uiscera misericordiæ erga fratrem nostram beneficentia indigentem, claudamus, sed alieni prorsus ab omni auaritia, contenti his quæ ad sunt. Natura enim paucissimis est contenta. Habet ille qui uolucres cœli pascit, & lilia agri uestit, affatim quibus nos suos filios alit, sumus enim illi tam curæ, quàm nihil esse potest. Pater noster est, quomodo filijs petentibus panem cotidianum negare poterit unquam? Vult itaque nos Apostolus alienos ab omni auaritia, ut non solum non rapiamus aliena, sed & nostra indigentibus erogare simus parati, cura & sollicitudine omni futurorum in Deum reiecta. Scripturæ autem testimonijs utitur, quo magis ab auaritia eos deterreat, & paucis contentos esse persuadeat. Alterum Iosue. i. habetur, alterum Psal. 117.

Non te deserero. Iosue ista Dominus dixit, cum hortaretur eum ut gubernationem populi sui susciperet. Verum quia Dominus neminem uult deserere, qui illi se ex animo concredat, recte Apostolus istud tanquam in genere omnibus fidelibus promissum, inducit. Prope enim est omnibus inuocantibus se in ueritate. Et quæcumque scripta, scimus propter admonitionem nostri esse scripta. Qui Iosue non deseruit, etiam nos illius promissionibus fidentes non deseret, est enim uniuersorum & Deus & auxiliator, in quem quicumque sperant, nunquam confunduntur.

ὁὐδ' ὁὐ

ὄυδ' ὄυ μὴ. Tres negationes apud gręcos, unā ualidissimam negationem includunt.

Dominus mihi auxiliator ] Verba sunt Dauidis. Causaris, si proximum adiuuero electosynna, quis me enutriet? Dominus auxiliator tuus, in hunc iacta cogitationes tuas, & ipse te enutriet. Neq̄ Dominum adiutorem tantum putes in certamine contra dæmonem, peccatū, & infernum, sed & in omnibus angustijs & tribulationibus, quę homini obuenire possunt. Homo bulla est, nihil potest in eum, qui Deum protectorem suum habet. Qui Dominum pro se habet, quis posset tali preualere? Videte quęso quo uerba ista spectent. Quidam putant in summis tribulationibus ista tantum esse usurpanda, perinde autem ignominiosum Deo esset, etiam in cibo, potu & amictu ipsius auxilium agnoscere. Certe nemo à Deo recte æternam salutem sperabit, qui illi de pane cottidiano diffidit. Ita sanctorum exemplis ad propulsandam auaritiam usus est, qui omnia terrena facile reliquerunt, Deo sufficientissimo bono contenti. Istos uos imitemini: quod si feceritis, non est quod de presentissimo auxilio unq̄ dubitetis.

Memores estote eorum qui pręsunt uobis, qui locuti sunt uobis sermonem Dei, quorum imitemini fidem

dem



ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD  
dē, considerantes qui fuerint exitus  
conuersationis illorum.

Imitatio  
sanctorum

Recte hoc intelligit de Apostolis aliquot & p̄fectis Ecclesiarū, qui iam cursum suū cōsummarant, & in Domino obdormierunt. Quasi diceret, discipuli estis Apostolorū, qui p̄cesserunt uos, & eorum qui successerūt, uobisq; sermonē Dei locuti sunt, horū uelim uos imitari fidem atq; doctrinā, sumā charitate coniunctā, & conuersationē ab omni auaritia alienā. Tanti illis fuerūt coelestia, ut p̄ illorū amore etiā sanguinē parati sint effundere. Iā si quis uile argētū, idq; modicū pro fratre recreādo dubitat exponere, q̄modo animā suā pro illo ponit? Obseruandū autem quomodo nos sanctos uelit imitari, non ut corpus p̄ter modū inedia p̄damus, omnes dies uitæ p̄cibus & speculationibus transigamus, uitā uel coelibē, uel solitariam degamus & his similia, sed ut fidem illorum imitemur. Neq; enim Paulus aliter se imitandum Corinthiis p̄posuit quā quēadmodū ipse Christū imitaretur: Ista est imitatio Deo unice grata ad eōq; uerus Sanctorum cultus. Sed ista sunt hodie saeculis decantata.

Jesus Christus heri & hodie, idē  
est

est etiam in sæcula.

Aliud argumentum ad firmandam illorum in Deum fiduciam. Obijciat enim quis. Bene mones, atqui Deus supramodum Apostolis & Apostolicis uiris fauit, tanquam coriphæis & antesignanis, me non pari fauore & gratia prosequetur, & quia ita amplexus, nō mirum est eos omnibus relictis Dominum esse secutos. Idem Deus omnibus feculis. Hanc impiam carnis suggestionem aptissime reiecit isto dicto: Iesus Christus heri & hodie, idē est etiam in sæcula. Hoc autem uult. Iesus Christus qui heri fuit, hoc est illorum tempore iam præterito, idem & hodie est, & perdurabit in sæcula. Eadem eius est benignitas, manus illius non sunt abbreviatæ, qui Heliam & populum Israëliticum per annos quadraginta in deserto manna & aquis e petra, & pavit & potauit, idem poterit & uos alere. Certe si benignitas ipsius cessaret, & Deus esse desineret.

Alij hoc testimonio utuntur ad hoc, ut sciamus eandem salutis rationem fuisse ante incarnatum, & post incarnatum Christum, puta ab æterno fuit, est, & erit.

Alij trahunt ad doctrinam Christi, & quod uerbum eius in æternum sit permansurum, nouum hic incipientes paragraphum,

Sunt

ANNOT. NIEPIST. D. PAULI AD

Sunt quidem ista pia sed ut mihi uideatur, nō genuina, malo priori interpretatiōni palmam dare, quo omnia aptius coherere uideamus.

Doctrinis uarijs ac peregrinis ne circumferamini. Bonum est enim gratia constabiliri cor, non escis, quę non profuerunt ijs, qui uersati sunt in illis.

Sane do/  
ctri-  
nam.

Sententia hæc, potest esse generalis admonitio, ne scilicet uarijs circumferamur doctrinis, unicum præcipuum est dogma, & ad salutem cōparandā unice necessariū, Christo ex animo credere, & proximum sincere diligere, si quid huic diuersum occurrat, & fidei seu charitati repugnet, statim abiiciendum. Vnus Deus, una fides, unum baptisma, una salutis doctrina. Pudeat nos instar arundinis quouis uento doctrinarum agitari, sed simus ita fide radicati, ut etiam Angelum è cœlis aliud docentem possimus Anathema dicere. Malim tamen ego specialem hanc dicere, ratio est, quod tanto ardore charitatem commendauit & cum primis fugam auaritię, tanquam pestis totius christianę religionis, sicq; ad inseruiendum proximo nos inhortatur, ut neq; philauti, neq; immisericordes simus, sed misericors qualis est pater noster cœlestis.

Deus

Deus fons saturitatis est, quē qui negligunt, mi-  
 rum non est, si κοιλίος ὄστροι reddantur, quem  
 admodum nostro tempore Monachi, & olim  
 Pharisei parentum neglectores fuerunt. Sic au-  
 tem ista commode superioribus coniunges. Si  
 aduenerint quidam secus docentes quā Apo-  
 stoli, & illorum uestigijs insistentes, uosq; aliud  
 quā illi docuerint, ne illis præbueritis aures,  
 neq; patiamini nouis dogmatis uos circūferri,  
 suspectum sit quicquid uere nouū est. Nam spi-  
 ritus probandi sunt, num sint ex Deo. Audiisse  
 uarias & peregrinas doctrinas nihil obest, sed  
 exercitatis sensibus, simplicioribus autē, & qui  
 imposturę expositi sunt, multum. Cauete ergo,  
 & ne nimiū sitis curiosi. Nā curiositas plerosq;  
 in abominandos præcipitauit errores. Peregrin-  
 nę & uarię doctrinę sunt, quicquid non sit ad  
 ædificationē in Domino, atq; sacris literis euin-  
 ci non potest, siue istę à Philosophis, siue à Iude-  
 is, siue à falsis Apostolis inuehantur. Hinc tamē  
 nemo colligat, quod contemnamus artes libera-  
 les, sunt em̄ & istę donum Dei, quo sic utaris,  
 ut nihil approbes, quod diuinę scripturę repug-  
 net, & fidem in Deum labefacter. Adhęc legi-  
 mus Moſen, Danielē & Paulum, in peregrinis  
 doctrinis fuisse exercitatissimos, interim tamen  
 gratissimi Deo fuerunt. Legendi sunt prophani  
 autores, sed citra superstitionē. Certes si dogmata  
 Philosophorum sequaris, misericordiā in pau-  
 Z

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

peres parum exercebis. Nam isti docent, tunicā pallio esse proximiorē, & his similia.

Bonum est enim gratia ¶ Fere omnes sententiæ istæ sunt difficiliore, propter cohærentiam, alius em̄ alio refert, verba tamē satis plana sunt. Quidam præmissam sententiam: Doctrinis uarijs &c, huic cōiungunt, & eas intelligunt pseud apostolorum, qui ad legis opera Christo iam deditos, reuocare conabantur. Certe Iudæis loquitur, quibus sua religio, opera & sacrificia, plurimum placebant, & istis se Deo approbari magis crediderunt, quàm si peregrinis, uiduis, orphanisq; misericordiam exhiberēt. Quemadmodum hodie inuenias, qui se abunde iustos putent, si cottidie Missam audiant, & certas aliquot preculas Deo obmurmurent, nihil interim curantes, quàm sint inuidi, auari, contentiosi, crudeles, & immisericordes erga proximum. Delectum ergo istum ciborum, dierum & operum legalium, Apostolus hic reprehendit, neq; hinc uere cor ipsum stabiliri posse affirmat, sed magis gratia, id est, fide, misericordia, & charitate erga proximū. Cibus & gratia opponuntur hic. Per cibum, cæremonias Mosaicæ intelligit, quas, quia cor certificare de beneuolentia Dei non possunt, inutiles indicare uoluit. Per gratiā, intelligit summam in Christum confidentiam, qua homo se Deo ex animo concredit. Vis cor stabiliri & certificari de beneuolentia Dei erga se, præ

Gratia sta/  
bilitur cor

se, precare pro fide, & poteris consistere, eum cibum operare, quia non perit, sed permanet in uitam æternā. Externis connixus, corrues, neq̄ enim ista Deus requirit, nisi quatenus ex fide p̄ueniunt, quæ si absit, nihil est quo te Deo placiturum credas. Dicit em̄ Apostolus externa ista opera non profuisse istis, qui uersati sunt in illis. Hier: 7. Esa: 1. & alijs multis locis patet. Deus ista reiecit, atq̄ adeo abominationē dixit, indubie quod præter fidem ea facienda susceperant. Sed de his supra satis differuimus. Disce hic, si Deus cæremonias à se præceptas nō agnoscere uoluit, eò quod non erant ex fide præstite, multo minus acceptabit ea opera, quæ nostra ratio p̄ter ipsius uerbum excogitauit, qualia innumera nostrum habet sæculum.

Habemus altare, de quo non est fas edere ijs qui tabernaculo deseruiunt.

Dicere uult: Qui adhuc uersantur in Iudaica cæremoniarum obseruatione, legem uigere uolunt, fiduciamq̄ in illam ponunt, nondum uere participes sunt altaris nostri Christi, neq̄ ueri Christiani censendi. De nostro altari, non est fas edere, qui tabernaculo deseruiunt, hoc est, cæremonijs legalibus adstricti sunt, easq̄ tanquam unicam salutis rationem suspiciunt. Christus al

Altare unius  
cum Christo  
suis.

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

altare nostrum dicitur, hoc est, sacrificiū, de quo supra fufe. Haber autem uaria nomina, propter diuersas ipsius proprietates. locum hunc descripsit ex Leui. 24. ibi legis duodecim panes propositionis in altari positos, nemini licuisse edere, quā Aaroni cum suis filijs. Leuitis non permittebatur hoc, multo minus Israëlitis. Comedebant autem eos in loco sancto, & diebus sabbati. Vno uerbo ostendit nostram religionem esse longē potiore Iudaica. Altare nostrum Christus est, de quo recte comedent, qui p̄ illum sanctificati, sacerdotiūq; regale effecti sunt, hoc est, qui uere in illum credunt. Impijs & infidelibus, nulla est hic communicatio. Quo autem plenius Christi cognitio in te crescit, eō propius ad hoc altare accedis, magisq; sacerdotali dignitate excelles (Nam hoc significatum est per uarietatem dignitatis sacerdotalis in lege) non tamen sequitur, quod omnium sit ministerium uerbi obire, sed eorum tantum, quos Deus ad hoc destinauit, & rite uocati sunt. Vide. 1. Tim. 3. & Tit. 1.

Animalium enim quorum sanguis infertur pro peccato in Sancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra castra. Quapropter & Iesus, ut sanctificaret per propriū sanguinē

uinē populū, extraportā passus est.

Apostolus nunquam satis inculcandum sacrificium nostræ redemptionis, subinde Hebræis in memoriam reuocare studet, quo uel sic dignitatem illius animo digne reputent. Ponit autē figurā ex Leuit. 4. & Num. 19. quam ipse per te confer. Ea autem figura innuit quomodo sit sacrificandum. Duo sunt in nobis, Caro & Spiritus, uterq; offerendus est, sed suo modo. Spiritum cum primis Deo offeramus, ut quo uno Deus coli uult: deinde etiam carnem, quod tum faciemus, si eam mortificauerimus, impetus illius represserimus, & spiritui subiecerimus. Vim nobis inferamus, & humiliemur, atq; adeo, ut etiam p̄ nominis Dei gloria mortem parati simus subire, nedum oppropria in hoc mundo ferre. Figuram autem hanc in Christum exponit, idq; multo uerissime, qui qualem oblationē pro nobis fecerit scitis.

Extra portam ] Porta mundum nobis significat. Ne ergo ita amemus hunc mundū, aut quicquid q̄ in eo esse potest, ut charitatis & beneficentiæ obliuiscamur, sed potius bona cœlestia inquiramus. Obseruandū obiter, unde sit nostra sanctificatio, & quomodo Christus populum suum sanctificauit, nempe per propriū sanguinem. Nam in hoc solo remissio peccatorum credentibus parata est.

Porta & castra, p̄ mundo.



ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

Exeamus igitur ad eum extra castra, opprobriū eius portantes. Nō enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.

Ab exemplo Christi obiter illos ad abnegationem sui, & ut istum sequantur præceptorem, hortatur. Si enim simul cum Christo regnare uoluerimus, necesse est, ut simul cum eo patiamur, extra castra, hoc est, conuersationem mundi exeamus, & opprobrium eius simul cum eo portemus. Mundus enim eos, qui sui non sunt, nunquam feret, nedū honore prosequetur. Tātum autem exiuius extra hunc mundum, quātū hic nobis præ amore uitæ æternæ sorduerit. Quo autem istis uerbis respexerit, sequentia indicant cum dicit: Non enim hic habemus manentem ciuitatem &c. peregrini enim sumus in hoc mundo, & ciuitatem manentem non possidemus, sed possidendam inquirimus, ad eūq; conuersationem in cœlis: Hoc qui animo pio reputarint, nunquam immisericordes & duros se erga fratres exhibebunt.

Per ipsum igitur offerimus hostiā laudis semper Deo, hoc est, fructū labiorū confitentium nomini eius.

Tria

Tria genera sacrificiorum Apostolus nobis proponit, primum corporis, quod mortificandū & in obsequiū spiritus redigendū est. secundū, animi, quod fructus labiorū, siue laudis hic dicitur, tertium, beneficentiæ in proximos. Istæ sunt hostiæ quibus Deo placetur. Obserua autem laudis sacrificium non in solis labijs aut ore consistere, sed potius in animo & corde. Nam habet & cor sua labia, quemadmodum & genua, pedes & alia. Pedibus externis non itur ad Deum, sed animi, genibus itē externis non satis est se coram illo humiliare, sed mentis. Veruntamen labijs non possumus semper uti, morbo, aut aliqua alia re impediti, cum tamen interim cor non cesset laudare Deum. Scitis Moysen orantem nihil externe locutum, sed interne & labijs mētis, labia corporis facile aperueris, sed mentis non item. Ista enim solus Deus aperit, & in laudem nominis sui aperit. Quod ideo dixerim, ne putetis sacrificium laudis, & fructum labiorum cōfitentium nomini Domini, referendum esse ad solam externam labiorum confessionē, sed multo magis ad internam, ut ubi labia desierint, spiritus perpetuo pergat. Corde quidem creditur ad iustitiam, & ore fit confessio ad salutē, vtrūque scio requiritur, tamen alterum altero magis. Si non datur fidem tuam protestari, mutus es natura uel fortuna, cordis labia laudent & confitentur Deum, & sufficiet hoc tibi ad salutem.

Tria sacrificiorum genera.

ANNOT. IN EPIPTIS. D. PAULI AD

Nolumus tamen externi quicquam reiectum, quod uel aliquo modo ad uerā pietatis promotionem facere potest. Obseruandū autem à quo nobis hæc dignitas offerendi obueniat, per ipsū, inquit, Christū summum sacerdotem. Ipse est, qui nos effecit regale sacerdotium, populum sanctum, genus electum, ut uirtutes eius, quæ tenebris nos uocauit in admirabilem suam lucem, prædicemus, quemadmodū est. 1. pet. 2. Certe Christo incognito, nunquā uere oculos in cælū leuabimus, nedum Deum, ut patrem nostrum clementissimum inuocabimus. Nam peccata nostra ab hoc nos perpetuo reuocant: Per ipsum itaque aditum, eumque liberum ad patrem habemus.

Hostiam laudis. Alludit ad Psalm. 49. Non propter uictimas tuas arguā te &c. Imola Deo laudem, & redde altissimo uota tua. Similiter ad psal. 115. Tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo. Ad hæc cum addit, Semper, alludit ad Psalm. 33. Bendicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo, quasi diceret, nullum tempus elabetur, siue aduersum sit, siue lætum, in quo Dominum non laudauero, iuuentus & senium in illius laudem intenta erunt. Alibi dicitur: Septies in die laudē tibi dixi, quod intelligendum, pro eo quod est, perfecte, perpetuo & incessanter te laudauī. Non enim simpliciter intelligendū est, quasi Propheta Deo

Deo laudem septenario adnumerauerit. Sed de his aliàs diximus. Disce & tu hinc omni momento laudare Dominum Deum tuum,

Hoc est fructum labiorum ¶ Ex Osee ultimo capite desumpsit hoc Apostolus. Hebræus legit: Reddemus uitulos labiorum nostrorum.

Gratiarum actio.

LXX. autem, fructū labiorum nostrorum, quos & Apostolus sequitur. Aequiuocatio est in dictione וִיטוּלִים. Porro sensus apud Prophetā is est. Populus captus non habuit decimas & primitiua, quæ Deo offerret, (ad quod respicientes LXX. ita legerunt) Volunt ergo dicere: Licet fructus agrorum nobis desint, propter inopiam in quam peruenimus, tamen fructus labiorum non deerunt nobis, offerimus Deo loco primitiuorum laudē, eumq; autorem omnium confitebimur, à quo uno etiam omnia & sunt & conseruantur. Si legas. Vitulos labiorū, erit hic sensus. Esto captiuus simus, & desint nobis hostiæ & uituli ad offerendum, non tamen uituli labiorum deerunt, hoc est, gratiarum actio, quæ sonat in ore nostro, loco uitulorum. Et hæc est genuina loci expositio. Quasi diceret Apostolus: Nimirum huc respexit Propheta, quia non omnibus sunt fruges uel uituli, sed singulis sunt labia. quibus Deo confiteantur, hoc est, gratias agant, & ipsum magnificent. Vult Apostolus nomen Christi magnificentandum esse, ut ipsum creatorem & saluatorem per omnia agnoscat

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD  
mus & ueneremur, id quod & ueterum sacrifici-  
cia prefigurant.

Cæterum beneficentiæ & commu-  
nicationis ne obliuiscamini. Tali-  
bus enim uictimis placetur Deo.

Beneficentiæ

Tertium genus sacrificiorum hic habes, bene-  
ficentiæ uidelicet, quam Apostolus hactenus  
multis urfit, & quamuis aliqua obiter immisce-  
at, tamen statim redit ad hoc, cuius gratia ser-  
monem instituit. Inter cetera Saluator Phariseis  
dixit: Misericordiam uolo & non sacrificium,  
idque ex Propheta Osea, nimirum hanc gratissimum  
sibi sacrificium innuens. Tu si humiliter de te ip-  
so sentias, optima de Deo speres, & proximum  
pro tuis facultatibus adiuues, longe magis Deo  
te approbabis, quam omnes Iudæi externis suis  
sacrificiis. Nam ista Christus iudex uenturus a  
nobis non requirit, sed misericordiam & benefi-  
centiam in proximos. Κοινωνία, societatem &  
communicationem significat. Omnia, siue læta,  
siue aduersa, quæ proximis occurrunt, nostra  
sunt, nos æque atque illos afficiant, non secus, atque  
dolor unius membri, etiam sana adhuc membra  
afficere solet. Certe si uere credimus, membra su-  
mus eiusdem corporis, & caput Christum agno-  
scimus, qui cum in omnes, etiam ingrattissimos,  
beneficus fuit, sumus & nos, quibus ille se proposuit  
exemp

exemplū . Si peccatores amici , habere se dicunt omnia cōmunia , multo magis nos qui Christi dicimur , qui nos inuicem fratres agnoscimus , & eiudem hæreditatis participes p̄dicamus . De mus & dabitur nobis . Nā beatius est dare quā accipere . Certe hac sola uia thesaurum in cœlis nobis parabimus .

Talibus enim uictimis plac. ¶ Hoc est, placabilis seu placidus nobis fit Deus. Vis ergo Deū ralem tibi esse, reconcilieris fratri tuo, remitte illi debita. misericordiam & beneficentiam illi exhibeas, & consequeris etiam tu apud uniuersorum iudicem misericordiam. Ista sunt uera sacrificia quibus Deo placetur . Prodeat hic quis, & interrogabimus, sub quod genus sacrificiorū, papisticum referendum putet? Laudis forsan dicet . Quare ergo alios Christianos excludunt, perinde atq; non sit illorum laudare Deum suū, ut demus interim nullos alios subesse errores? Quare sibi solis istam dignitatē sumūt, sicq; distinguī à uulgo fideiū uolunt? Nimirū ideo, qđ pater mendaciū & tenebrarum illis imposuit, & oculos p̄strinxit, ne quod rectū est, cernere possint . Scriptura omnes fideles , sacerdotes dicit, habent em̄ quod offerant, corpus suum, & beneficentiam . Cæterum aliud est esse secundū scripturam sacerdotem , & aliud ministrum uerbi seu Ecclesiæ . Quisq; ex animo pius, suæ uocationi studebit, & in ea nunquam se ingeret, ad que nō  
certus

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD  
certus est se diuinitus esse uocatum.

Parete his qui præsunt uobis, &  
concedite, siquidem illi uigilant pro  
animabus uestris, tanquam rationē  
reddituri, ut cum gaudio hoc faci-  
ant, & non gementes: nam id est  
inutile uobis.

Parendum  
ijs qui præ-  
sunt.

Verbū græcū quod hic ponitur, ἀγρυπνέω  
proprie est uigilia pastorum in agris. Concludit  
nunc Epistolam Apostolus, postquam ad cha-  
ritatem & beneficentiam satis adhortatus est, ad-  
dens ut suos pastores seu ministros uerbi, audi-  
ant & illis pareant. Quasi diceret. Satis iam de  
omnibus, quæ ad salutem uestram facere uiden-  
tur, monui, uolo ergo nunc finem istis impone-  
re, quod si quid præterea uobis perdiscere necel-  
se sit, habetis qui uobis præsunt pastores, ab illis re-  
quirite. Nam mysterium pietatis non satis edo-  
ctis, nihil utilius est quàm doctis & pijs uiris  
benignas præbere aures, & cum summa reuerē-  
tia quod salutis est custodire. Sunt qui hunc lo-  
cum tantum de Magistratibus dictum putant,  
sed non hoc fieri, cuius patet. Certe eo tempore  
paucos uel nullos habuere magistratus, qui in  
obedientiam fidei concessissent. Ego de Aposto-  
lis, Episcopis, pastoribus, siue doctoribus intel-  
ligendum

ligendum omnino credo, postquam & Aposto-  
lus se statim in illorum numero reputat.

Et concedite. ¶ Si obiecerit quis: Sed isti non sa-  
tis p̄i sunt, malignis præditi moribus, auari, in-  
tractabiles, quare ergo illis paream uel cōcedā?  
Etiam discolis parendum est, modo secundum  
pietate doceant. Nam Dominus dicit: In cathe-  
dra Moſi ſedent ſcribæ & phariſei: omnia ergo  
quæcunq; iuſſerint uos ſeruare, ſeruate: ſecun-  
dum opera uero eorum nolite facere: dicunt em̄  
& non faciunt. Vita mala, doctrinæ bonæ p̄iu-  
dicare non debet, ſicut nec infamare. Si ſomnia  
humana adferrent, non eſſent audiendi: quia au-  
tem uerbum Dei docent, non ipſos, ſed Chriſtū  
audis, ſi pareas. Magiſtratus tamen eſt curare,  
ut quā ſanctiſſimos habeat miniſtros. Sic em̄  
autoritas ſua uerbo ſalua manet, & facili⁹ peccato-  
ra auditorum ſubit, quā ſi peruerſa uita mini-  
ſterium uerbi reddat ſuſpectum.

Siquidem illi uigilant pro. ¶ Cauſa eſt quare  
illos uelit doctoribus ſuis parere, ex qua facile  
uides eum non loqui de poteſtate, ſed de mini-  
ſtris uerbi. Si reſpiciendum eſſet ad perfectionē  
miniſtrorū, qui & ipſi homines ſunt, & prop-  
terea etiā ſuis uicijſ obnoxij, nūquā quiſq; ueri-  
tatis uerbū amplecteretur, nunquam etiam pa-  
rendum illis crederet. Semper em̄ in vnoquoq; in-  
uenias, quod deſyderes. Hoc autem cum veri-  
tati admittendæ ira nō obſit, ut idcirco ſit iure re-  
pudianda,



ANNOT. IN EPIT. S. D. PAULI AD

pudianda, suscipiamus uerbū a quocūq; tandē  
annuncietur, ipse uiderit qui quod sanum est,  
docet, & secundum hoc uitam instituire cessat.  
Porro cum dicit: vigilant pro animabus uestris  
tanquam rationem reddituri, respexit ad dictū  
Ezech. cap. 3. Sanguinem eius de manu tua re-  
quiram. Locum ipse lege & expende: facit enim  
ad excitandam in nobis diligentiam.

Vt cum gaudio hoc fac. ¶ Vult dicere: Nihil  
est quod adeo frangat & contristet animum  
doctorum, quā cum uident discipulos esse ne-  
gligentes, & labores suos perire. Vos ergo mo-  
neo ut sitis diligentes, feratis amœnos iustitiæ  
fructus, pareatisq; illis ex animo, ut uestro pro-  
fectu exhilarati, postea foelicius munus suum  
obeant, & omnibus uobis alacrius inferuiant.  
Nam hoc est quod uobis conducere potest, ne  
quaquam autem si ignauia uestra ad perpetuos  
gemitus perducantur. Gaudium doctorum,  
est incrementum discipulorum, & è conuerso.  
Norādū obiter, quibus armis spirituales, quos  
uocant, prælati se ulcisci debēt, gemitib<sup>9</sup>, lachry-  
mis & orationibus, nō gladijs uel tyrannide.  
Esto uos gemitibus illorum non permoueamini,  
Deus tamen permouetur & illos exaudit. Nā  
dixit: Qui uos spernit, me spernit. Iam Deum  
spreuisse, nulli inultum abiit; cauete ergo, ne hoc  
malum uos occupet.

Orate

Orate pro nobis : cōfidimus em̄  
quod bonā habemus conscientiam  
inter omnes cupientes honeste con-  
uersari, Magis autē obsecrouos, ut id  
faciat̄is quo celerius re stituar uobis.

Quod de p̄fectis Ecclesiæ in uerbo & do-  
ctrina locutus sit, uel hinc patet, quod & se in il-  
lorum gregem connumerat, cum dicere uult.  
Velim uos sollicitate pro nobis omnibus, qui in  
hac functione sumus, orare: nimirum ut uerbū  
Domini currat, & per nos à nemine hominum  
male audiat. Et quamuis prius dixerim, concedi  
te ijs qui uobis p̄sunt, nolim tamen à quoq̄  
èd rari, quod putet me aliquem ex illis notare  
uel infamare: polliceor enim mihi de singulis op-  
tima quæq̄, atq̄ quod singuli bonam habeam⁹  
conscientiam, idq̄ inter omnes, quibus sancta  
conuersatio cordi est. Sunt qui hoc intelligunt,  
quod Apostolus dicat, se bona conscientia inter  
omnes conuersari, seq̄ nullius mali sibi esse con-  
scium, atq̄ ita non indignum pro quo orerur.  
Sententia pia est, sed prior uidēt esse simplicior.

Magis autem obsecro uos ¶ Enixius pro se  
orare illos uoluit, èd quod ad maxima obeun-  
da se diuinitus segregatum sciebar. Spiritus pro  
omnibus quidem hominibus orat, attamen  
multo ardentius p̄ his, quos uidet ad promul-  
gandam

Orandum  
p̄ uerbi mi-  
nistris.

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD  
gandam ueritatem Euangelij à Deo magis in-  
structos & appositos. Sæpe autem petijt, ut san-  
cti pro se orent, quo illis breui restituatur, indu-  
bie ea causa, ut si quid illis deesset sua præsentia  
refarciret, & per mutuam inter se fidem, commu-  
nem ex illis caperet consolationē. Obserua cor-  
uera charitate exæstuan in Paulo, & quod pro  
ministris uerbi orandum sit, quo digne Euange-  
lum dispensent.

Deus autem pacis, qui reduxit à  
mortuis pastoreū ouium illum mag-  
num, per sanguinem testamēti æter-  
ni, Dominum nostrum Iesum, abso-  
lutos uos reddat in omni opere bo-  
no, ad faciendū uoluntatem ipsius,  
efficiens, ut quod agitis, acceptum  
sit in conspectu suo per Iesum Chri-  
stum, cui gloria in sæcula sæculorū  
Amen.

Apertissime Epistolam suam precibus ad Deū  
concludit. Nam is unus est, qui absolutos redde-  
re potest in omni opere bono. Insinuare illis uo-  
luit, ut quæ minus intelligant, à doctoribus su-  
is petant, uel à se, ubi illis restitutus fuerit. Verū  
quia

quia & se et Apollon & Cepham sciuit nihil esse, datorem autem incrementi Deū omnia, precatur ut ille eos perficere dignetur. Deus pacis, uidetur esse dictum more hebraico. **שלווה** em non tam pacem, quam omnimodam rerū felicitatem & successum significat, quemadmodū Psal: 119. Pax multa diligentibus legem tuam, & alijs multis locis. Hoc uult dicere: Deus qui solus dat incrementum, successum & felicitatem in omnibus, uitam nostram expetit, non mortē, ille inquam qui pastorem illum magnum & c. à mortuis potenti sua manu reduxit, absolutos uos reddat in omni opere bono, & quæ sequuntur. Non improbo tamen, Deus pacis, pro pacifico qui nobis placatus sit, uel cui pax probetur, exponi. Apud Esaiā princeps pacis dicitur. Sic enim pacem, de qua etiam supra, magis commēdatam nobis uult. Scitis autem ubi pax est, ibi Deus est: ubi dissidia & corda impacata, ibi dæmon. Vnde autem sit quod nobis placatus esse uelit, adiecit dicens. Qui reduxit à mortuis pastorem ouium illum magnum, & c. & simul in memoriam reuocat fœdus Dei, quod nobiscū inīit, & per sanguinem Christi Saluatoris nostri confirmauit, in quo habemus pacem cum Deo & remissionem omnium peccatorum, id quod sacræ litere passim prædicant. Sunt qui dicant fœdus seu testamentum hoc æternum (q̄ ad differentiam legalis ita dicitur, ) in cruce sancitum &

&

ANNOT. IN EPIST. D. PAVLI AD

quidem, sed postquam Dominus resurrexit cōpletum: equidē dixerim misso iam spiritu maxime completum esse: tum enim uere nobis innotuit, qualis nobis esse Deus uelit, quāmq; misericors & placatus. Huc refer quæ supra cap. 10. de foedere habuisti.

Christus  
pastor.

Qui reduxit à mortuis pastorem ] Hoc non dicit, quod Christum minorem patre dicat, id quod Arriani uoluerunt: nam eadem est patris potentia & filij. Reductus est à mortuis, quatenus uerus Deus est. Pater hoc ex Ioan. 2. Destruitetē plum hoc, & in tribus diebus erigam illud. Et: Sicut pater suscitatur mortuos, & uiuificat, sic & filius quos uult, uiuificat. Apud Ezechielem & alios, Christus sapiens pastor dicitur: ipse enim pascit & cibatur animas in uitam æternam, ipse est doctor salutis æternæ, cuius etiam uox uniceaudienda est. Ioan. 10. pastorem bonum ipse se uocat, & quod animam pro ouibus suis ponat, hoc est, pro electis & fidelibus. Magnus hic dicitur, ad differentiam ministrorum uerbi, qui & ipsi participatiue pastores dici possunt, eò quod in tempore famulatio cibum suum dispensent: aliàs & ipsi sunt oues, sed unus Christus excellentiam habet, unde à Petro princeps pastorum dicitur. Nam inquit: Et cum apparuerit ille pastorum princeps, reportetis immarcescibilem gloriæ coronam. 1. Petri. vlti. Orat igitur Apostolus, ut Deus per illum bonum, magnū & principē pasto

capem pastorum Iesum, illos ad omne opus bonum instruat & instituat: ministri enim nihil sumus ad hunc collati. Obseruandum autem quàm apposite omnia ad argumentum suum dirigat, atque adeo illud refricat, quo Christum filiū Dei omnibus creaturis superiorem, & pastore magnum audiant, & fide amplectantur, ut extra quē nulla sit salus.

Absolutos uos reddat in omni opere. Vide apud quem Apostolus absolutionē & perfectionem in omni opere bono illis imploret, apud patrem misericordiarum Deum, idque intercessione sanguinis Domini nostri Iesu Christi, quæ optima predicandi formula est, & sanctis usitatissima. Obseruemus ergo & imitemur. Quasi diceret: Doctores quidem & pastores uestri viam ad perfectionem indicare possunt, sed perfectionem & absolutionem in omni opere bono, præstare non possunt: erit ergo ad Deum precibus confugiendum, ut ipse incrementum plantantibus & rigantibus subministrare dignetur, & quem admodum uelle dat, ita etiam perficere non neglet. Omni tempore bono, signanter dicit, ne inani fide gloriemur, & putemus carni habenas esse laxandas. Vera fides efficax est, & operosa adeo, ut se in utilitatem proximorum penitus transfundat. Quæ autem bona opera sint, etiam supra diximus, nempe quæ fides ex se in ædificationem proximi progignit, & non quæ nos ipsi somniamus;

Quis uere  
absoluat.

ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

Voluntas  
Deiquæ.

Ad faciendum uoluntatem ipsius ] Voluntas  
Dei est, quod nos attinet qui illi credimus, san-  
ctificatio nostra, ut abstineamus a scortatione,  
inebriatione, ira, inuidia, & alijs quibus huma-  
na natura succumbit malis. 1. Tessa. 4. quod ue-  
ro proximum, ut misericordiam & beneficenti-  
am illi exhibeamus, hanc em̄ magis uult quàm  
sacrificium. Osce. 6. Hæc duo sunt, quæ Deus à  
nobis requirit. Hypocritæ student non ut Deo  
placeant, quod præcipuum erat, sed ut hominib-  
us, & ita uere habent mercedem suam, non ali-  
bi expectant: uos contra nitamini, studere uos  
cum primis Deo approbare. Obseruandum hic  
opera nostra quamlibet bona per se Deo nunq̄  
placitura esse, nisi ipse hoc q̄d agimus, acceptū sibi  
reddere dignetur, idq̄ merito & intercessione  
vnigeniti Domini nostri Iesu Christi, in cuius  
gratiam Deus sua opera in nobis coronat. Et ita  
semper Apostolus mediatorem Christum, cer-  
tissimam salutis uiam, nobis ob oculos ponit,  
ut in eo dilectionem paternā perpendentes, nos  
gratos illi exhibeamus.

Cui gloria in sæcula sæculorum amen ] Om-  
nia in gloriam Christi tandē desinere uult, qui  
est Domin⁹ Deus, & Saluator noster. Iam quia  
solius Dei gloria est, & nemini hanc concedit,  
qui non sit Deus, sequitur & Christum uere esse  
Deum, & ita omnē gloriam illi merito transcri-  
bendam. Est enim æternus Deus, & coadoran-  
dus cum

duſ cum patre Sæculum ſæculorū, periphraſis quædam eſt æternitatis, admodum Hebræis familiaris.

Amem ] Concludit hebraico vocabulo, qđ eſt quaſi character ꝑcum: quidam uere, aliꝝ fiat, exponunt, & deducitur à uerbo **אמן**, quod firmum eſſe ſeu ſolidum ſignificat. Scitis enim orā dum eſſe firmo animo, & abſq; hęſitatione, modo uelimus uoti fieri compotes. Vera itaq; fiducia impetrandi, quod pro gloria nominis Dei precati ſumus, concludimꝰ hac particula Amē, quaſi dicamus, uere ita eſt, & plane nihil dubitā dum: uel modo ꝑcatorio, optamus ut fiat quod oramus. Quæ nunc ſubſequūtur, adiecta ſunt, quemadmodū in epiſtolis familiaribus frequenter fieri uidemus.

Obſecro autē uos fratres ſufferte ſermonē exhortationis. Etenim paucis ſcripſi uobis.

Vide quanta modestia & humilitas ſit Apoſtoli, qui demittit ſe eò, ut illos obſecret, quo libēter hunc ſuum ſermonem admittant, quem nullā aliam ob cauſam uoluit ſuſcipere, quā ut illos exhortari poſſet, ut Chriſtū audiant & nullis perſecutionibus ſe ab illo diuelli patiantur: Alius hic forſan premium aliquod, uel ſaltē ingentes gratias exegiffet ſeu expectaſſet. Apoſto



ANNOT. IN EPIST. D. PAULI AD

lus autem nihil aliud, quam ut ista sufferant. Super enim. 4. 6. & 10. cap. duriuscule scripserat, tamen non præter rem, id quod hic sibi condonari petit, & quicquid dictum sit, obsecrat ut benignius ferant, quæadmodum & illos decebat. Paucis autem scripsit, si amplitudinem rei perpendas: potuisset enim pluribus argumentis rem tractasse: aliàs si uerba spectes, bene longam dicas Epistolam. Hisce nihil aliud, quam ueram charitatem, summamque modestiam nobis commendare uoluit.

Scitote fratrem nostrum Timotheum solutum esse, cum quo, si celerius uenerit, uisam uos.

Nimirum solutum esse a uinculis intelligit, in quæ ob Christi fidem coniectus fuit. Quam gratus hic Timotheus Apostolo fuerit, uarijs locis suarum Epistolarum patet, maxime ad Philip. cap. 2. & 1. Thessal. 3. ut taceam earum, quas ad illum scripsit. Ob Euangelium dixi Timotheum uinctum fuisse, unde illius liberationis nuntium, timentibus Deum non potuit non esse gratissimum. Alicubi filium hunc nominat, eò quod illum per Euangelium genuerat, hic autem fratrem, propter communem patrem in cælis, quem uterque agnoscebat & colebat. Iterum aduerte, quam officiosa sit uera charitas, quæ commune  
habet

habet sicut omnē dolorem, ita etiam omne gaudium. Quod promittit se illos inuisurum, commendat nobis curam & sollicitudinem, quā habuit erga Ecclesias Dei indefinentem. Sciuit enim quā non quiescerent lupi circumeuntes, quo gregem Christi intradere, & deuorare possent. Sunt qui intelligunt, solum, tanquam Timotheus tunc fuisset in itinere ad illos, & ita iubere Apostolum, ut Hebrgi illum hospitaliter excipiant, & ut fratrem commendatū habeant: sed prior expositio videtur simplicior, quāuis & ista ferenda sit.

Salutate omnes qui præsunt uobis, & omnes sanctos. Salutant uos Itali. Gratia cum omnibus uobis. Amen.

Intelligit Episcopos, doctores, pastores, & præsbyteros, in quibus non parum salutis Dominus populo suo esse uoluit. Per sanctos autē reliquos pios, quorquor Christo nomen dederunt, accipit. Nam isti se sanctimonix semel ex animo dederant. Habes hic Sanctos recte dici etiam eos qui adhuc in uiuis Christo adhærent: sanctificantur enim à Christo, cuius nomen uita prophana polluere summo studio refugiunt. Cæterum quia omnes fratres sumus, & unum corpus constituimus, cuius caput Christus est,

& 4

ANNO, IN EPI. D. PAULI AD HEB.

recte beneuolentia & charitate nos mutuo prosequimur. Membrorū em̄ est ut aliud alijs & animo & corpore charitatē exhibeant. Ideo dixit: Salutant uos Itali. Nam ab Italia Epistola hæc scripta esse creditur. Concludit consueta hac particula: Gratia cum omnibus uobis, non addit Dei, tamen intelligitur: neminem excipit, ut uideas animum omnium salutis cupidum. Deus regnum suum dilatari cupit. Vnde & nobis idē p̄candum. Quare autem solitā istam suam salutationem ab initio Epistolæ non præmiserit, dictum est in præfatione.

Ista hac Epistola summatim habuimus, Christum, nunc unicum magistrum nostrum, audiendum. Probauit hoc primum à dignitate Christi, deinde à periculo non audientium, postea à premijs audientium illum. Ad hæc hortatus est, ut fidem cum summa patientia consecuti nullis periculis patiantur se euerri, additis multis exemplis. postremo ad charitatem & pacem hortatus est, & cum primis ad sanctimoniam uitæ, absq; qua nemo Deū uidere potest, & ita concludit. Deus misericors pater, p̄ unigenitū Dominū nostrū Iesū Christum, ut & ista nobis dicta credamus, & ad ipsius gloriā custodiam<sup>9</sup>

AMEN.

# COLLOQVIVM

IAMBICVM THEOLOGIAE

atq̄ lectoris, IO. OECOLAM

PADIO, Theologorum

principi sacrum,

autore

IOAN. SAPIDO.

L. VAETu puella? TH. sacra  
sum Theologia.

L. Quid accidit? quid fles?

q

L. T. meum summū decus.

L. Quod? T. Oecolampadiū  
meum, optimum uirum.

L. Cur? T. hunc graui trux  
carcinus neci dedit.

L. An non diu, quem tu uirum optimum uocas,  
Vixit satis, uel si nimis cito cadat?

TH. Verum quidem, sed eius hic nil conqueror

Inter beatos nunc agentis caelites,

Nacti q̄ iugi laude nomen indytum

L. Quid ergo luges? T. H. quid? mei malum boni?

Quod inquis? T. H. hoc autore planè lux noua,

Qualis retro nullis refulsit seculis,

Visa est meis oriri mysterijs,


Qua pars mei, uel sole clarius nitet;

Sed

Sed me tenebris liberasset omnibus,  
Ni mors eam mihi abstulisset cum uiro.  
**L.** Amabo dic parauit arte qua? **TH.** rogas?  
Fuit uir acris & memoriæ & ingeni,  
In iudicandis rebus idem præpotens,  
In literis doctissimus trilinguibus,  
Quàm maxime peritus artium omnium,  
Et strenuus uictor laboris improbi:  
His usus est. **L.** Alius ne nemo idem potest?  
**TH.** Paucis habe, post se reliquit neminem,  
Nec antecessit ullus. **L.** ergo. **TH.** iam sicut  
Rogare, non tibi huc responsum uenimus,  
Sed lachrymis queis me dicaui, fac abi.

Τέλος.

ARGENTORATI in Officina Mathiæ  
Apiarij. Anno salutis humanæ  
M D XX XIII  
Mense Augusto.





122  
123  
124  
125  
126  
127  
128  
129  
130  
131  
132  
133  
134  
135  
136  
137  
138  
139  
140  
141  
142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149  
150  
151  
152  
153  
154  
155  
156  
157  
158  
159  
160  
161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200  
201  
202  
203  
204  
205  
206  
207  
208  
209  
210  
211  
212  
213  
214  
215  
216  
217  
218  
219  
220  
221  
222  
223  
224  
225  
226  
227  
228  
229  
230  
231  
232  
233  
234  
235  
236  
237  
238  
239  
240  
241  
242  
243  
244  
245  
246  
247  
248  
249  
250  
251  
252  
253  
254  
255  
256  
257  
258  
259  
260  
261  
262  
263  
264  
265  
266  
267  
268  
269  
270  
271  
272  
273  
274  
275  
276  
277  
278  
279  
280  
281  
282  
283  
284  
285  
286  
287  
288  
289  
290  
291  
292  
293  
294  
295  
296  
297  
298  
299  
300  
301  
302  
303  
304  
305  
306  
307  
308  
309  
310  
311  
312  
313  
314  
315  
316  
317  
318  
319  
320  
321  
322  
323  
324  
325  
326  
327  
328  
329  
330  
331  
332  
333  
334  
335  
336  
337  
338  
339  
340  
341  
342  
343  
344  
345  
346  
347  
348  
349  
350  
351  
352  
353  
354  
355  
356  
357  
358  
359  
360  
361  
362  
363  
364  
365  
366  
367  
368  
369  
370  
371  
372  
373  
374  
375  
376  
377  
378  
379  
380  
381  
382  
383  
384  
385  
386  
387  
388  
389  
390  
391  
392  
393  
394  
395  
396  
397  
398  
399  
400  
401  
402  
403  
404  
405  
406  
407  
408  
409  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
420  
421  
422  
423  
424  
425  
426  
427  
428  
429  
430  
431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
500  
501  
502  
503  
504  
505  
506  
507  
508  
509  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
530  
531  
532  
533  
534  
535  
536  
537  
538  
539  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
570  
571  
572  
573  
574  
575  
576  
577  
578  
579  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
600  
601  
602  
603  
604  
605  
606  
607  
608  
609  
610  
611  
612  
613  
614  
615  
616  
617  
618  
619  
620  
621  
622  
623  
624  
625  
626  
627  
628  
629  
630  
631  
632  
633  
634  
635  
636  
637  
638  
639  
640  
641  
642  
643  
644  
645  
646  
647  
648  
649  
650  
651  
652  
653  
654  
655  
656  
657  
658  
659  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
670  
671  
672  
673  
674  
675  
676  
677  
678  
679  
680  
681  
682  
683  
684  
685  
686  
687  
688  
689  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
699  
700  
701  
702  
703  
704  
705  
706  
707  
708  
709  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
750  
751  
752  
753  
754  
755  
756  
757  
758  
759  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
798  
799  
800  
801  
802  
803  
804  
805  
806  
807  
808  
809  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
850  
851  
852  
853  
854  
855  
856  
857  
858  
859  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
898  
899  
900  
901  
902  
903  
904  
905  
906  
907  
908  
909  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
950  
951  
952  
953  
954  
955  
956  
957  
958  
959  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
998  
999  
1000







Th  
91